BIBLIOTECA STORICA ITALIANA

PUBBLICATA PER CURA DELLA

R. DEPUTAZIONE DI STORIA PATRIA

V.

REGESTA
COMITUM SABAUDIAE
MARCHIONUM IN ITALIA
AB ULTIMA STIRPIS ORIGINE
AD AN. MDCCLIII

CURANTE

DOMINICO CARUTTI

AUGUSTAE TAURINORUM

FRATRES BOCCA BIBLIOPOLAE REGIS ITALIAE

MDCCCLXXXIX.

Torino — Stamperia Reale di G. B. Paravia e Comp.

MARGARITAE

ITALIAE · REGINAE

ANIMO · INGENIO · FORMA

BONARUM · ARTIUM · STUDIIS

COMITATE · IN · OMNES

AULAM · ET · REGNUM · RECREANTI

En Tibi submittit purus monumenta libellus,
Quae servant Generis pristina saecla Tui.

Hic monet, ut quercus ventorum praelia et annos
Stirpe sit ex alta vincere facta potens.

DOMINICUS CARUTTI

L. S.

Curatores historiae patriae Taurinenses vetera acta Sabaudiae Principum ab ultima origine stirpis ad annum MCCLIII, secundum leges, quas recentiores homines rei paleographicae et diplomaticae apprime docti rogarunt, in Codicem referre constituerunt, multi profecto laboris, multorumque dierum opus.

Dum viri clarissimi monumenta huc illuc partim variis collectaneis inserta, alia in libellos palantia, redigunt in unum corpus, quaeque adhuc usque in tabulariis latent, diligenter inquirunt, et singula ad autographorum, quae hodieque supersunt, vel ad optimorum exemplorum fidem concinnare et luci per-

mittere contendunt; bonum esse ipse putavi eorum syllabum conscribere, qui, ut ita dicam, operis praenuntius esset.

Ex actis praelo subiectis, haud multa, ni fallit animus, in libro nostro desiderabuntur. At non pauca in archiis delitescere, et investigationes nostras defugisse, certe equidem non ignoro, hancque segetem, libello nostro addendam, diligentioribus exploratoribus locupletem vehementer et opto et auguror. Tabularia, ubi autographa vel exempla adservabantur, index meus ostendit; diplomatum impressorum editionem principem vel vulgatiorem indicat. Omnis mea cura in hoc versata est, ut notitiam chartarum praeberem, fontesque, quantum quidem in me erat, aperirem; huic uni animum adjunxi; cetera, et sane majoris momenti, Codicis conditorum officium erit (1).

In summariis effusiorem verborum cultum evitans, locutiones et vocabula, quae purgatas aures laedunt, de medio non sustuli, quin immo locis grammaticam offendentibus mederi neglexi, existimans inte-

(1) Docto viro eidemque familiari meo haec scripsi: « *Non dimentichi che faccio cosa molto modesta, e che non riscontro, non correggo, non illustro i documenti. Faccio un indice, e vorrei dire un inventario delle carte pubblicate finora, e di quelle inedite che sono venute a mia notizia, indicando dove si trovano; e ciò coll'intento di aiutar lo studioso che voglia leggerle per disteso. Questo indice gioverà pure a promuovere altre ricerche e le cose trovate facilmente si potranno aggiungere ad esso.* »

grum vultum infimae illius latinitatis servandum esse. Exemplorum vitia interdum notavi, sed nulla litura contextum emendare ausus sum. Paucula quaedam, raro tamen, ad vetustiora et obscuriora tempora illustranda a chronicis excerpsi.

Documenta gentis Ardoinicae Taurinensis, saeculo X et XI Subalpinae regioni moderantis, chartis Humbertinis adjeci; quod adeo res ipsa monebat. Nam Oddonis matrimonium cum Adelaide comitissa, Olderici Manfredi marchionis filia et herede, Sabaudae, nunc Italicae Domus imperium, quod ante annum MXLV intra claustra Vallis Augustensis continebatur, late citra Alpes propagavit, futurae magnitudinis fundamentum. Unius et alterius Gentis stemmata sequuntur, aucta et emendata, fabulis rejectis, quae multorum studia tenuerunt. Opus usque ad annum MCCLIII, nimirum ad obitum Amadei IV, produxi, quibus temporibus triplex Humbertinorum principatus in Italia, apud Allobrogos atque in Helvetiorum finibus constitutus fuit, jamque hilarioris lucis radii noctem aevi, quod medium vocamus, discutiunt.

Hactenus ea quae ad actorum narrationem spectabant, cursim attigi; nunc reliqua mihi pars est, ut publicas gratias agam doctis viris, qui taediosis istiusmodi elenchis comiter opitulati sunt, praesertim

vero Josepho Augusto Duc, Augustensi episcopo, Emmanueli Bollati, Petro Vayra, Philippo Saraceno, Fideli Savio, qui plura inedita diplomata transcripserunt, liberaliterque mihi legenda dedere.

Si denique in hoc indice conficiendo quaedam peccavi, ac potius, ut verius dicam, quia multa procul dubio peccavi, nostratum ingenia, quae constanter leniora magis quam severa expertus sum, benigne ignoscant.

D. Cumbaviana (Aug. Taurinorum), mense octobri MDCCCLXXXVIII.

EMENDANDA

PRAETER LEVIORA QUAE PAG. 415 NOTAT

Pag. 24 lin. 10 in quibusdam exempl.: *Hermengarda regina Lamberti filia* — lege: *Hermenburga Lamberti filia.*

» 57 » 8 et ubicumque scriptum est *Pinerolium*, *Pinerolii* — leg. *Pinarolium*, *Pinarolii*, *Pinarolenses.*

» 62 » 3: *Post annum diem* 1060, *ante annum* XII *Junii* MLXX — lege: *Post annum* 1060, *ante diem* XII *Junii* MLXX.

» » » 22: X *kal. dec.* — lege: II *kal. Dec.*

» 81 » 5: *Tu Taurinenses solus edomuisti;* — lege: *Tu Taurinenses (?) etc.*

» 83 » 17: *Maroldus, aequalis illorum temporum auctor, indictis feriis interfuit* — lege: *Maroldus, aequalis illorum temporum, indictis feriis interfuit.*

» 88 » 8 et 9: 1103, XIV 18 *septembris, obiit Humbertus comes* — lege: 1103, XIV *kal. (nov.) (19 octobris) obiit Humbertus comes.*

» 92 » 33: *Henricus IV imperator* — lege: *Henricus V imperator.*

» 112 » 21: *U (leg. A) comes et marchio* — lege: *V (leg. U) comes et marchio.*

» 186 » 20: 1127, *mense sept.* — 1227, *mense Sept.*

» 244, 245: *Albanus abbas* — lege: *Albuinus abbas.*

I.

GENS UMBERTINA — GENS ARDOINICA

DCCCCII — MXXV

Ante Umbertum I, qui vulgo cognomentum ab Albis Manibus ducit, Umbertina domus apud Burgundiones nobilitate ac potentia in primis florebat, Rodulfo II, Conrado et Rodulfo III regnantibus (DCCCCXXXVII-MXXXII), *uti monumenta hic in ordinem digesta testantur. In iis enim Umbertus ille comes, qui pater fuit Amadei Bellicensis comitis et avus Aymonis, anno* MXXXII *Bellicensis episcopi, non obscure distinguitur ab Umberto I Burgundici regni Comite Stabuli, Augustae Praetoriae et Mauriannae comite, eius consanguineo. — De Ardoinica gente in regionibus Subalpinis imperitanti confer locum Chronicorum Novaliciensium in Doc. N. 1.*

I. — **Rodulphus aureatensis comes. Rogerius et Ardoinus.**

902, 21 aprilis. Actum Verzellensi civitate.

Ludovicus III imperator curticellam in Cusiningo de comitatu Verzellensi concedit Idelgario Vasso Buddonis vicecomitis, petitione Adalberti marchionis quondam Anscherii f., Leutfredi comitis, Radulphi comitis et Unaldi.

Arnulfus notarius ad vicem Luitardi epis. et archicancel. recognovit.

(E Tab. Capit. Vercellarum. *Monumenta historiae patriae,* Chartarum I, col. 108.

De Rodulfo comite Chronicon Novaliciense, Lib. IV, Cap. IX, haec memoriae prodidit:

« *Antiquorum....... sermo narrat, quia fuerunt duo fratres Rogerius et Ardoinus, et unus eorum cliens, nomine Alineus. Hii ergo, prodigi et exuti omnibus rebus, ad Italiam veniunt de sterilibus montibus..... Rogerius, avidus*

mortali honore, arripit Aureatem comitatum. Tunc quidam comes erat Rodulfus nomine ... Ipse denique Rodulfus, jam fessus longa senectute, Rogerium ad se vocat... inquit: post mortem quippe meam senior totius terrae eris, quam cognosco me pridem habuisse..... Qui adquirit comitatum illius, et rex illi donat, interveniente regina; et ipse comes interim mortuus, uxorem illius Rogerius accipit..... De qua genuit filios duos, vocans uni nomen suum, alteri nomen fratris, Rogerium et Arduinum: hic enim Maginfredum genuit ».

II. — **Amadeus.**

926, die mercurii 23 Januarii. In Vico S. Gervasii in urbe Genevensi extra muros.

Placitum coram Hugone comite Palatii, et Anselmo comite de pago Equestrino. Bertagia petit quaedam bona, quae Leutardus retinebat.

S. Anselmi comitis. S. Ugonis comitis de Palatio. S. Gunsperti. S. Ornati. S. Amadeo etc.

Majolus cancellarius scripsit, regnante Rodulpho rege.

(E Tab. Cluniacensi. Cibrario et Promis, *Documenti, Sigilli e Monete*, p. 1).

III. — **Unbertus.**

929 (an v regnante Ridulfo) 14 Junii. Ind. II. Actum in villa Baiaco.

Adelais, soror Rodulfi Burgundiae regis, Romanense monasterium subjicit Edoni Cluniacensi abbati.

S. Adeleydis Comitissae. S. Iudittae filiae Rodulfi regis. S. Hugonis inclyti Comitis atque fratris Augusti Rodulfi regis. S. Rodulfi filii Ludovici imperatoris. S. Stefani, etc. Unberti, Bosonis, etc., etc.

Hildebrannus sacerdos ad vicem Cancellarii scripsit.

(*Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores*, Tom. IX, p. 698).

IV. — **Burchardus Corradi regis et Aldeinae f.**

941.

« Burchardus... Conradi ex concubina filius ».

(Hugo Flaviacensis *Chron. R. G. et F. Scrip.* Tom. VIII, pag. 296. Aldein, aliter Aldiud, nobili genere orta, genuit Burchardum II, archiepiscopum Lugdunensem; deinde Anselmum, unum e proceribus burgundicis, virum habuit, qui adhuc vivebat anno MI. Quocirca procul a vero discessit F. De Gingins-La-Sarra, vir doct. qui Aldeinam, uxorem Anselmi, ab Adelania regina, Conradi prima uxore, non distinxit).

V. — **Umbertus.**

948, 5 Junii. In pago Viennensi.

Chuonradus rex Burgundionum in judicio sedens jubet Karolum *(Constantinum)* consanguineum suum Cluniacensi monasterio res restituere, quas non recte tenebat. Interfuerunt Aymo episcopus, Vido archiepiscopus, Sobbo archiepiscopus, Bero episcopus, Hugo comes, Oldoricus comes, Anricus filius Ludovici, Anselmus comes, Oldoricus comes Anselmi frater, Odo comes, Leutoldus comes. Humbertus praesens fuit, ac omnes Vassi Dominici majores et minores qui praesentes fuerunt.

Hanricus notarius scripsit, anno VI regnante Chuonrado.

(*R. G. et F. Script.*, Tom. IX, p. 696).

VI. — **Coradus rex, Adelania regina.**

961, 28 Martii.

Conradus rex pro remedio animae suae, Adelaniae scilicet reginae et infantium suorum donat etc.

(*R. G. et F. Script.* IX, pag. 700, Conradus Adelaniam uxorem duxit anno DCCCCXLII, vel circiter, quae Giselam filiam peperit, Henrico Bavariae duci nuptam, matremque Henrici II imperatoris. Adelania obiit anno MLII; Conradus autem cum Mathilde, Lotharii II Galliae regis sorore, secundas nuptias iniit anno DCCCCLXVI, vel paulo antea).

VII. — **Carolus Constantinus, Ludovici III Imp. f.**

19 Maii. Anno incerto. 961?

Carolus comes quaedam bona vendit Vuarnerio canonico S. Mauritii, sita in pago Viennensi, in agro Repentinis, in villa Brociano superiore.

S. Caroli comitis. S. Theutbergae comitissae S. Rikardi et Huperti filiorum suorum. Silfredus levita scripsit regnante Chuonrado.

(CHEVALIER, *Chartul. S. Andreae Inferioris Viennae. Appendix*, Doc. 25, p. 236, Hupertus, Caroli Constantini filius, Umbertina gente alienus est).

VIII. — **Guntilda Rotgerii comitis f.**

962, 2. Sept. Ind. v. In castro Musicio.

Hegelricus ex genere francorum vendit Guntildae f. quondam Rotgerii comitis, et conjugis Amedei f. quondam Anscarii marchionis, duas partes de medietate cortis et domus in fundo Musicio, et duas partes de medietate castri cum casis, areis et rebus pertinentibus, servis et ancillis in eodem loco et fundo Vicolongo; duas partes de medietate illius cortis et castri in suam reservat potestatem. Guntilda pretium ex proprio Faderfio solvit. Traditio facta est per cultellum, fisticam, vantonem etc.

Raginfredus notarius et judex S. Palatii scripsit.

(Ex autog. Tab. Cap. Novariensis transcripsit C. F. Frasconi, an. 1798. Carutti, *Il conte Umberto I e il re Ardoino*, Ed. altera, 1884, pag. 285).

IX. — **Guntilda Rotgerii comitis f.**

962, 4 Sept. Ind. v. In castro Musicio.

Placitum Adalberti comitis comitatus Plumbiensis et Rolandi missi dominici, qui judicant in causa quae versabatur inter Guntildam f. quondam Rotgerii comitis et conjugis Amedei vassi imperatoris, de venditione duarum partium medietatis castri Mosicii ab Egelrico filio Maginfridi comitis facta die secunda ejusdem mensis et anni, Egelricus cartulam venditionis recognoscit et confirmat; Raginfridus notarius et judex S. Palatii, ex jussione Adalberti comitis, Rolandi missi domini et judicum, notitiam scripsit pro securitate ejusdem Guntildae.

(Ex autog. Tab. Capit. Novariensis transcripsit C. F. Frasconi, an. 1798. Carutti, *Il conte Umberto I e il re Ardoino, 1884*, pag. 288).

X. — **Aymo, Robaldus, Arduinus et Saraceni.**

975.

« Eodem tempore quo Fusci morabantur in castro Fraxedello ... quidam eorum fuit nomine Aymo coëtaneus illorum ... Mulier quaedam pulcra nimis sortitur in porcione Aymonis ... venit quidam potentior illo, subtrait illi ... Ipse vadit quippe ad comitem Robaldum provinciae finibus; et ... ait: ecce trado vobis inimicos vestros per-

petratores nequitiae. Qui gavisus est valde... Mandat idcirco omnibus, Arduinoque ut adjuvent eum ... Dum itaque venirent ad castrum, hortans Robaldus ait: o fratres, pugnate pro animabus vestris, quia in terra estis Saracenorum! ... Haec ultro dolo Aymonis facta est, cujus genus nostris adhuc manet temporibus ».

(Chron. Novaliciense, *M. H. P. Script.* II, p. 105).

XI. — **Umbertus comes. Amalfredus.**

976, mense Majo, die sabbati.

Amalfredus sacerdos donat monasterio Cluniaco quaedam bona, quae possidet in villa Medone, aliisque locis, in praesentia Humberti comitis.

(E Tab. Cluniacensi transcripsit Petrus de Rivaz. Exemplum adservatur in Tab. R. Societatis Taurinensis Hist. Patr. studiis provehendis).

XII. — **Anselmus et conjux sua.**

(Sine anno) Agauni.

Anselmus, vir illustris, cum conjuge sua monasterio S. Mauritii Agaunensis petit, ut sibi quasdam res ejusdem loci sub nomine praestariae sibi concedat in villa de Sissingo; quod factum est, Conrado rege consentiente. Anselmus vero et conjux sua loco S. Mauritio dederunt hereditatem, quam a quodam viro nominis Mandalfredo acquisiverunt in villa paternal.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. *M. H. P.* Chart. II, col. 61).

XIII. — **Amadeus et Umbertus comites.**

Post annum 976 (Du Bouchet an. 977).

Chonradus, rex Burgundiae, praedia quae monasterium S. Theofredi in pago Diensi atque Valentinensi possidet, regali potestate confirmat, hanc Chartam annuli impressione signat et suorum fidelium manu roborari jubet; videlicet Gelli comitis, Aimonis episcopi *(Valentinensis)*, Amedei comitis, Umberti comitis.

(*Gallia Christiana*, Tom. II, pag. 260, R. G. et F. *Script.* pag. 697, anno 956, ubi deest signum Amadei comitis. Vide Gingins-La-Sarra, *Sur l'origine de la Maison de Savoie*, pag. 227, quod spectat ad annum).

XIV. — **Burcardus II Archiep. Lugd. Conradi regis f.**

979.

« In Lugdunensi ecclesia promotus erat ad episcopatum Burchardus Rodulfi regis frater, Conradi ex concubina natus ».

(HUGO FLAVIACENSIS, Chron. *R. Gall. et Franc. Script.* Tom. VIII, pag. 296).

XV. — **Regnante Amadeo comite.**

Sine anno et loco (an. 980?).

Ugo et uxor sua Engellendis, et Willielmus, Aymerius, Vilfredus et Bernardus Ugonis f. donant S. Andreae *(Viennensi)*, S. Maximo et S. Genesio decimas unius mansi siti in villa Minuisino. Regnante Amedeo Comite.

(CHORIER e Chart. S. Andreae Inferioris Viennae transcripsit. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 25, hanc chartam Amadeo II, Oddonis atque Adelaidis filio, tribuit, qui anno MLXXX vita concessit).

XVI. — **Richilda Ardoini march. f.**

987, Kal. oct. In civitate Eporeia.

« Naus Corado qui et Cona Marchio, f. bonae memoriae Berengarii regis, et Yhilda filia Ardoini marchionis, jugales, lege vivente Salica ex natione, Ecclesiae Vercellensi donant ... »

(E Tab. Epis. Eporediensi. PROVANA, *Studi critici sul re Ardoino*, pag. 327).

XVII. — **Richilda Ardoini march. f.**

989.

Conradus marchio, Berengarii regis filius, et Richilda uxor donant Ecclesiae Mediolanensi Trechatem novariensis agri oppidum.

(TRISTANI CALCHI *Hist. Mediolan.* Lib. VI, pag. 113).

XVIII. — **Henricus dux Bavariae et Gisela.**

995.

« Heinricus dux Bajoariae obiit, et filius ejus ex Gisela, Conrado regis Burgundiae filia, itidem Heinricus, imperator postea futurus, ducatum interim optinuit ».

(HERIMANNI AUGIENSIS (CONTRACTI) Chron. PERTZ, Tom. 117).

XIX. — **Oddo I comes et marchio Arduini filius.**

996, 17 Aprilis. Veronae.

Odo comes filius bonae memoriae Arduini itemque marchio coram Ottone marchione Veronensi et misso imperatoris quamdam venditionem bonorum in loco et fundo Pavoni monasterio S. Ambrosii Mediolanensis factam confirmat.

(MHP. *Codex Diplom. Langobardus*, Doc. 966, col. 1595.

XX. — **Oddo, Belliciensis episcopus, et Ubertus.**

1000, 26 Januarii. Apud castrum Bocizello.

Oddo episcopus *(Belliciensis)* Folcherio et Ascherio laboratoribus tradit aliquid terrae, more Burgundionum ad medium plantum. Praedicta cespis sita est in pago Gratianopoli, in agro Salmoriacensi, in villa Cotonaco *(Taleraco?)*. S. Oddonis epis. S. Buorchardi, S. Uberti et aliorum.

Frater Costantinus scripsit.

(Collection des documents inédits sur l'Histoire de France, 1re Série. Cartulaires de l'église Cath. de Grenoble dits de S. Hugues. Cat. A, Doc. VIII, pag. 16. *Edidit.* MARION).

XXI. — **Oddo Bellicensis episcopus. Umbertus comes.**

1001, 2 Aprilis. Apud castrum Bocozello.

Holdo episcopus *(Bellicensis)* Eldrado, Adalgiso, Durando et Gujoni laboratoribus tradit, ad medium plantum, secundum Galliarum morem, aliquid terrae. Praedicta cepis sita est in pago Gratiopolitano, in agro

salmojacensi, in villa Cotoniaco. S. Domni Hottoni episcopi. S. Umberti comitis et uxoris suae. Signum Burcardi, et aliorum.

Constantinus archipresbiter scripsit.

(Salvaing, *L'usage des Fiefs et autres droits seigneuriaux*. Grenoble 1668, p. 493-94. Cum emendationibus, *Collection des documents inédits sur l'Histoire de France*, première Série, Doc. IX pag. 17).

XXII. — **Oldericus Manfredus. Ottonis III diploma.**

1001, 31 Julii. Indict. xiv. Actum Paterne.

Otto (III) imperator Olderico Mainfredo marchioni confirmat tertiam partem Sancti Stephani, de Castellione, de Camuli, totum Palantem, Caxanem, Castaneum, bosedam, lauregam, Cerretum, leucum, Farrellianum, planceın, Cavestadigam cum servis et ancillis, aldionis et aldianis. Insuper confirmat tertiam partem vallis Seguxiae, et Clamontis, usillae, Salae bertani, ulci et sezani, bardinissce, bucellati, S. Georii in bassiano, Bruxoli, Canussae, Albereti, S. Agathae, Cauri, Caudanri, Almissi et Avilliani; tertiam partem Taurini cum tertia parte de campania, matigii, Revelli, Luttenedi, barcae et valle et barcena; totum vicum Godoni, virlem, circinascum, musinascum cum servis, ancillis aldionis etc. S. Ottonis imp.

Heribertus cancellarii vice petri Cumani episcopi recognovit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dip. Imp.* Fascic. I, N. 8. *M. H. P.* Chart. I, col. 346. Autographum extat in R. Tab. Taurinensi, sed de eius sinceritate ambigunt viri docti).

XXIII. — **Manfredus marchio.**

1001, 14 Oct. Papiae.

Placitum coram Ottone (III) Imp. habitum ab Ottone protospatario et Comite palatii, residentibus cum eo Ottone duce, Adalberto et Mainfredo marchionibus, Wiberto comite etc.

(Muratori, *Antichità Estensi*, p. I, pag. 125).

XXIV. — **Oddo Bellicensis episcopus.**

Sine anno et loco.

Oddo, ecclesiae Bellicensis praesul, a Berilione, illustri stemmate, accipit in praestariam quaedam bona sita in comitatu Bellicensi, in agro vel villa Tresia, cum ecclesia S. Mauritii.

(N. Chorier, *L'Estat politique de la province du Dauphiné*, pag. 261, Grenoble, 1671).

XXV. — **Anselmus pater Anselmi episcopi.**

1001, vel 1002. In villa Osimo, in comitatu Equestrico.

Placitum habitum a Rodulfo III rege *(Burgundiae)*, ubi quaedam donatio a Martino presbytero monasterio romanensi facta confirmatur. Sedebant cum rege Adalbertus comes palacii, Hugo episcopus genevensis, Aynricus epis. Lausann., Hugo epis. Sedunensis, Anselmus episcopus Augustensis, Manasaeus comes, Rotbertus nepos ejus, Rodulfus advocatus, Amalricus comes et frater ejus Adalgandus, Teedoenus comes, Anselmus pater Anselmi episcopi, Rotbertus frater ejus, Vuisbertus filius Amalrici, Adalricus etc.

(E Tab. Civ. Lausannensis. Cibrario et Promis., *Doc.*, pag. 7).

XXVI. — **Burchardus II Lug. Archiep. Anselmus Aug. Epis.**

1005, 14 Feb. Agauni.

Commutatio bonorum inter Burchardum Lugdunensem Archiepiscopum et Anselmum Augustanum episcopum. Episcopus donat per advocatorem suum vuidonem quiddam sui juris in loco oponlongis infra comitatum Ottingin, hoc est quidquid inibi habere visus est ex parte matris suae Aldiud, (*alii* Aldein) quod rex Chuonradus ei praebuit. Et accipit quandam terram S. Mauritii in valle Augustana.

Testes: Borcardus, Conon, Tancredus, Maginardus, Uldericus.

Amizio diaconus S. Mauritii et cancellarius scripsit.

(E. R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, Col. 91).

XXVII. — **Uldricus Vallesiae comes.**

1006, mense Ianuario.

Vuillelmus de monte Ioveto donat S. Egidio duos campos; unus jacet in valle mugnana et de tribus partibus habet fines Anselmus; de quarta Uldricus comes; alter jacet in loco Intola, et habet fines de duabus partibus Uldiricus comes.

Leo in vice cancellarii scripsit.

(*M. H. P.*, Chart. II, col. 98).

XXVIII. — **Rodulfus III rex. Agilarudis regina, Umbertus comes.**

1009, 7 Junii. Agduni.

Rodulfus rex Burgundiae, petente Agilarude conjuge sua, et archiep. Burchardo patruo suo et comitibus Rodulpho et Uberto, donat Umberto episçopo ejusque matri dominae Friburgiae, et nepotibus ejus, Wigonis *(Albonensis)* bonae memoriae filiis. i. e. Umberto. Wigoni et Willielmo, medietatem castelli de moras, et bona quae possidet in valle Vidreri usque ad Casen villam; mansum unum in villa de Moras cum servis et ancillis; et medietatem silvae de Morvideis.

(Chorier, *L'Estat de la Provincie du Dauphiné*, Tom. I, pag. 29).

XXIX. — **Alricus Astensis episcopus et Joannes.**

1009 Ind. vii. In castro Genexi.

Commutatio bonorum inter Adelricum Astensem episcopum et Iohannem f. quondam Ingelberti, qui ex natione sua lege vivit romana. Bona posita sunt in Aste et in valle Gausana, in loco scricelengo. S. Iohannis. S. Germani diaconi missi Alrici epis. super hanc rem.

Milo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cap. Astensis, Iura Capituli, Lib. I, n. 19. *M. H. P.* Chart. I. col. 369).

XXX. — **Alricus epis. et Gildoinus.**

1010, 25 Februarii. Ind. viii. Aste.

Commutatio bonorum inter Aldericum episcopum Astensem et Gildoinum f. Ingeltrudae de loco Paderno, lege viventem salica ex natione sua. Bona posita sunt in territorio Paderni, in locis Muranguo, Seralde, Campolongo, Ulla, Prada, Zustinivallo, Rivanova, Cologna. Posmonda, Panialo et prada Solarossea. S. Gildoini, S. Nitardi presbiteri missi Alrici epis. super hanc rem.

Ademarius notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cap. Astensis, Iura Capituli, Lib. I, n. 20. *M. H. P.* Chart. I, col. 372).

XXXI. — **Alricus Ast. epis. et Gagidulfus.**

1010, 19 Maii. Ind. VIII. In civitate Astensi.

Commutatio bonorum inter Adelricum, episcopum Astensem et Gagidulfum presbiterum f. quondam Seseverti, lege viventem Langobardorum ex natione sua. Bona posita sunt in loco Ventronito, in monte super vallem Buzoriam et in loco qui dicitur Antino. S. Gagidulfi, S. Gezonis presbiteri missi episcopi super hanc rem.

Girelmus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cap. Astensis, Iura Capituli, n. 21. *M. H. P.* Chart. I, col. 380).

XXXII. — **Rodulfus III rex et Irmengardis reg.**

1011, 25 Aprilis. Acquis.

Rodulphus rex Burgundiae donat Irmengardi sponsae suae Viennam civitatem et comitatum Viennensem et comitatum Salmorenensem cum alodis et mancipiis.

(E Tab. Archiep. Viennensi transcripsit P. De Rivaz. Cibrario et Promis, *Doc.*, pag. 15. Rodulfus III, Agiltrude viduatus anno MIX vel X, anno insequenti uxorem duxit Hermengardam. Reginam inter et Umbertum I quoddam cognationis vel affinitatis vinculum intercedere, complures docti viri arbitrati sunt; quin etiam fuere qui eam Comitis matrem coniectarunt. Rem, quae in conjectura, non testimoniorum praesidio nititur, in medio relinquens, quaedam majoris momenti diplomata referre, ad reginam spectantia, operae pretium censeo).

XXXIII. — **Rodulfus III rex et Irmengardis reg.**

1011, 25 Aprilis. Aquis.

Roudolfus rex Burgundiae donat Irmengardi sponsae suae Aquis villam cum colonis, Anassiacum, ronda, font regale castellum, partem villae evenant, novum castellum regalissimam sedem, avaniacum cum omnibus pertinentiis et ancillis. S. Roudulfi.

Paldolfus cancellarius recognovit.

(E Tab. Camerae Gratianopolitanae Computorum. Cibrario et Promis, *Doc.*, pag. 17)

XXXIV. — **Rodulfi III S. Mauritio Vienn. donatio.**

1011, 1 Augusti. Actum Urbe.

Rodulphus rex Burgundiae, petentibus Irmengarda regina, Burkardo Lugdunensi archiepiscopo, fratre suo, nec non Burchardo Viennensi archiepiscopo, donat S. Mauritio Viennensi et S. Jacobo villam Lusiniacum in Comitatu Viennensi, cum omnibus appendiciis. — S. Rodulphi regis.

Paldolfus cancellarius recognovit.

(E Tab. Viennensi transcripsit P. De Rivaz).

XXXV. — **Alricus Ast. epis. et Martinus.**

1011, Septemb. Ind. ix. In curia Astensi infra castrum quod dicitur Vetus.

Commutatio bonorum inter Adelricum episcopum Astensem et Martinum f. Benedicti, lege viventem Langobardorum ex natione sua. Bona posita sunt in pulcingo, ad locum Monteauxi, in via Cava Redingo, valle cuzoni. — S. Johannis subdiaconi missi episcopi super hanc rem.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cath. Astensis, Iura Eccl. Ast. m. 3, n. 1. *M. H. P.* Chart. I, col. 889).

XXXVI. — **Alricus Ast. epis. et Angelbertus.**

1012, 18 Martii. Ind. x. In curia Astensi.

Commutatio bonorum inter Adelricum episcopum Astensem et Angelbertum presbiterum, f. quondam Bernonis de loco poliano, lege viventem Langobardorum ex natione sua. Bona posita sunt in Graciano, Asclevengo, Puliano et Gudi. — S. Adalberti archipresbiteri missi episcopi super hanc rem. S. Angelberti presbiteri.

Ernusto notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis, Iura Eccl. Ast. m. 35, n. 4. *M. H. P.* Chart. 1, col. 892).

XXXVII. — **Rodulfus III rex et Irmengarda reg.**

1014, 22 Februarii. Actum Logis de Castello.

Rodulphus rex Burgundiae, petentibus Burchardo archiepiscopo et Anselmo episcopo, donat Irmengardae reginae quasdam Cortes

in comitatu Savogiensi, videlicet Albiniacum majorem cum ecclesia S. Petri, alium Albiniacum cum ecclesia S. Joannis, Mejolanum, Conflenz cum ecclesia S. Mariae, et novum castellum cum omnibus appendiciis, servis et ancillis. — S. Rodulfi regis.

Paldolfus cancellarius recognovit.

(E Chart. Eccl. Cath. Viennensis transcripsit P. De Rivaz).

XXXVIII. — **Monast. Fructuariae. Ardoinica domus.**

1014, Ind. xii.

Henricus (II) imperator monasterio Fructuariae privilegia concedit, et donationes illi factas confirmat, inter quas omnia praedia quae dederunt Manfredus marchio et Berta uxor ejus et fratres ejusdem Manfredi, idest Alricus episcopus et Oddo comes et Ardovinus consobrinus eorum in Matizo, in Scarnafixio, in Gasinga, in Corte regia et in Taurino civitate. — S. Henrici imperatoris.

Henricus cancellarius vice Curadi episcopi archicapellani recognovit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Benigno*, Fasc. 1. Manuel, *I Marchesi del Vasto*, pag. 160, F. A. Della Chiesa, *Descrizione del Piemonte*, cap. X, *Dell'Abbazia di Fruttuaria*, quae adservatur M. S. Taurini in Bib. Regis).

XXXIX. — **Oddo I marchio.**

1014, mense Februario. Ind. xii.

Benedictus VIII P. M. monasterio S. Petri Bremetensi libertatem et possessiones confirmat; nominatim Pollentiam cellam, Coloniam cortem et mancianum castrum, quae Oddo marchio cum sua conjuge concessit.

(E Tab. Archiep. Taurinensi, Cat. 41. Fas. I, n. 1. *M. H. P.* Chart. I, col. 399).

XL. — **Umbertus comes.**

1015 (??).

Eldegardis vidua Ayrberti comitis pro anima viri sui et salute Rodolphi regis donat bona sibi a marito legata apud villam Satiniatis in pago Equestriaco. Testes decem Comites, quorum septimus Umbertus Comes.

(E *Zibaldone* Pingoniano, in R. Tab. Taurinensi adservato. Wurstemberger, *Hist. Petri II*, Probationes Doc. 8, Bern, Zürich, 1858).

XLI. — **Rodulfus III rex et Irmengarda reg.**

1016, In civitate Argentina.

Rodulfus, rex Burgundiae, donat Irmengardae conjugi suae quasdam terras in comitatu seu in pago Gratianopolitano vel Savojensi. videlicet Aquis, Lemmengis, Camberiacum, et Castrum B. Cassiani. — S. Rodulphi regis.

Franco vice Paldolfi cancellarii scripsit.

(E Chart. Cath. Ecc. Viennensis transcripsit P. De Rivaz. Chartarium scribit: anno Dom. Inc. MXIIII, anno Rodulphi regis XXIIII. Annus vigesimus quartus regni Rodulfi III anno christiano MXVI respondet).

XLII. — **Oddo II Marchio Olderici Manfredi march. f.**

1016. In loco Cario.

Odo Marchio filius quondam Magenfredi itemque Marchionis monasterio S. Petri Taurinensis donat quaedam bona in loco et fundo Rivalta sita. Si quis contra hanc chartam donationis ire temptaverit, paena compositurum sciat auro optimo oncias triginta, argenti ponderis sexaginta.

(Durandi Jacopo, *Piemonte Traspadano*, pag. 154. Muletti, *Memorie storico-diplom. di Saluzzo*, Tom. I, pag. 148).

XLIII. — **Alricus Ast. Episc. Joannes et Rodulfus.**

1017, 11 Martii. Ind. XV.

Commutatio bonorum inter Alricum episcopum Astensem, et Johannem et Rodulfum germanos f. Celsoni, lege viventes romana ex natione sua, et cum consensu genitoris eorum. Bona posita sunt in Aste ad locum qui dicitur rigo groso, in plana et in plano mediano. — S. Johannis et Rodulfi.

Liutto notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cath. Astensis, Iura cap. n. 22. *M. H. P.* Chart. I, col. 411).

XLIV. — **Umbertus comes, Ratcherius, Adilo abbas.**

1018, Die Iovis, 1 Aprilis.

Notitia traditionis quam Ratcherius fecit (werpivit), per manum Umberti comitis, de terra quam Marinus presbiter Sancti Petri Romani

monasterio dederat. Contra Odilo abbas Racherio dedit tres mansos, quorum unus in Germaniaco, alter in Triniaco, tertius in villare bosono. Signum domni Umberti comi *(sic)* qui presens fuit. Lambertus comes, Adalbertus episcopus, Ugo de monte paone aliique.

Durandus cancellarius scripsit, anno xxv, regnante rege Rodulfo III.

(E Tab. Lausannensi. Cibrario et Promis. *Doc.*, p. 25).

XLV. — **Alricus Ast. episcopus et Constantinus.**

1018, 26 Maii. Ind. i. Aste.

Commutatio bonorum inter Adelricum episcopum Astensem et Constantinum f. quondam Regerti, lege vivente romana ex natione sua. Bona posita sunt in Aste, in monte alto, in valle ermentili. S. Constantini. S. Luizo praesbiteri missi episcopi super hanc rem.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cath. Astensis. Iura Capituli, Lib. I, n. 18. *M. H. P.* Chart. I, col. 423).

XLVI. — **Burchardus Vien. Archiep. et Udelricus filii Anselmi et Aldeinae. Amedeus.**

1019, 16 Augusti.

Burchardus Viennensis archiepiscopus et Udelricus frater ejus et advocatus, ecclesiae S. Petri Viennensis quasdam vineas in pago Genevensi, in villa Marischa donant, pro remedio animarum Anselmi genitoris et Aaldui *(sic)* genitricis eorum.

S. Erluini, S. Sieffredi, S. Willelmi, S. Amedei, S. Gausseni, anno xv, regnante Rodulfo.

(Chevalier, *Chartularium S. Andreae Inferioris Viennae.* Appendix, pag. 256, Doc. 47).

XLVII. — **Otto Guilemus comes.**

1019, 28 Octobris. In Burgundiae villa quae portus dicitur.

Comes Octo cognomento Vuillemus monasterio Fructuariae S. Mariae, S. Benigni atque Tiburtii donat quidquid sibi secundum pa-

rentum successionem aut alio modo contingere decernitur infra alpes Pinnarum et flumen Padum et flumen Duriae Bauticae quod juxta Eporediam currit, videlicet curtem Orgy idem Villam quae dicitur ad S. Georgium, Canule, Macuniacum, Cicumnum, Lusiniacum, Curtem Regis, silvam Fulliciam, fluvium Orgium, cum Castellis etc., scilicet Felectum, Caprarium, Villam Vigilulfum cum silva Gerulfia in qua et monasterium situm est; villas quoque Narzetum, Leurosum, Bedolledum et Torfa et campilulfia; vallem etiam quae Clivus dicitur, medietatem villae Clavascii cum castello Castaneo ultra Padum; silvam quae Valda dicitur cum castello Lombardorum et silva Vulpiana et cum fluvio Amelone, appenditiis etc.

Octo comes. Testes: Gislebertus vicecomes Vesuli Castri, Hugo Radaldus aliique.

Fulchradus notarius recognovit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Benigno*, Fasc. I, *M. H. P.* Chart. I, col. 428. Otto Guilelmus, Adalberti regis filius, Berengarii II nepos, cui Otto I imperator omnia bona in Italia confiscaverat, Fructuariae jura sua concedit, rem non tradit, si quid video. Tunc temporis in Comitatu Eporediensi potens erat Oldericus Manfredus, cujus bonorum pars ad Umbertum II, Adelaidis comitissae nepotem, exeunte saeculo pervenit).

XLVIII. — **Beroldus de Saxonia.**

1020, mense Julio.

Beroldus de Saxonia prorex Arelatensis pro rege potentissimo Rudulpho et Augusta Majestate imperatoris creatus vicarius, notum facit. Ego in pago albonense, in loco quod dicitur Tallueriis, Ecclesiam et Monasterium quod fundavit Dominus meus Rex ad honorem S. Mariae etc. cum omnibus suis bonis, feudis, juribus etc., sicut majores nostri habuerunt et maxime habet dictus noster imperator, in suo salvo guardagio et secura tutela accipimus. Actum in eo loco de Tallueriis laudante domino meo imperatore et genito meo carissimo Uberto, anno MXX sub sigillo meo et signo manuali.

Copiata est super suo originali tam antiquo ut plane legi non possit. Joannes prior.

(Ab exemplo saeculi XV, quod in R. Tab. Taurinensi adservatur. In charta, ab imperito, ne dicam hordeario nebulone conficta, parum nunc attinet immorari. Ceterum vide *M. H. P.* Chart. I, col. 481).

XLIX. — **Villa Talueriis.**

Sine anno et loco (1020?).

Rodulphus rex, petitione Irmingardis reginae, Burchardi archiepiscopi fratris sui et Burchardi Viennensis archiep., donat in pago Albanensi Talueriis villam cum suis appenditiis et cum ecclesia S. Mariae et S. Petri et S. Manitii monasterio Saviniacensi, cujus abbas est Iterius. S. Domini Rodulphi regis.

(GUICHENON, *Bib. Sebusiana Cent^ia I*).

L. — **Oldericus Maginfredus et Sigifredus presbiter.**

1021, 6 Junii Ind. IV. Infra Castro nono.

Oldericus Maginfredus marchio f. quondam item Maginfredi marchionis, et Berta comitissa jugales filia q. Obberti marchionis, quae ex natione sua lege vivit Langobardorum, sed nunc pro viro suo lege vivit salica, cum notitia propinquorum parentum suorum, idest Adalberti marchionis germani sui et Alberti infantis nepotis sui, vendunt Sigifredo presbitero filio q. Adelgisi omnia quae sui juris sunt in comitatu Parmensi, Placensiensi, Ticinensi, Tortonensi, Vercellensi, Aquensi, Astensi, Eporediensi, Torinensi, Oradiensi, Albensi, Avigenensi, Aberganensi, Vigintimiliensi etc. per mensuram justam super totum jugera mille milia. Pretium venditionis libras centum milia arg. denar. bonorum. Traditio fit per cultellum, festucam, vantonem, vuasonem terrae et ramum arboris etc.

Opizzoni notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Susa*. Fasc. I, n. 2. *M. H. P.* Chart. I, col. 482).

LI. — **Rex Umbertus.**

1022

Nuper in Sardinia insula epistola Umberti Archiepiscopi Calaritani concinnata fuit, anno MXXII *data, in qua de potentissimo rege* Umberto comite in agro Savogie Guilielmi Ottonis filio *sermo est. Novissimum monumentum, quot verbis tot portentosis monstris scatens, incredibile loquitur.*

(Illustrazione di un foglio cartaceo del secolo **XV** ***che fa parte delle pergamene e di altre scritture di Arborea, nella quale si ha la prova diretta della regia ed italica discendenza di Umberto I di Savoia.***

LII. — **Umbertus comes et filii ejus.**

1022, 8 Aprilis. Ind. v. Lingonis.

Lautbertus, Lingonensis episcopus, deprecante Burcardo Lugdunensi archiepiscopo, condonat cuidam amico suo Umberto comiti, filiisque ejus Amedeo et Burcardo Episcopo potestatem S. Mameti, Ambiliacum dictam, et in territorio Genevensi sitam, decem mansis exceptis, quos sibi retinet Ermengardis Regina.

Odolricus scripsit.

(Cibrario et Promis, *Doc.*, pag. 97. Extat in R. Tab. Taurinensi, Invent. prov. Gebenn. Fasc. 85, n. 10, *Mamet dit d'Ambily*, n. 1).

LIII. — **Burchardus et Aymo filius ejus.**

1023, mense Iunio, sub die Iovis.

Burchardus et filius ejus Aymo donant ecclesiae Beati Genesii, quae olim fuit S. Andreae, ecclesiam cum altare et decimis et terram in circuitu ecclesiae, sitam in Comitatu Beliecensi in pago S. Genesii, et hoc pro remedio animarum suarum, regis Gondradi et filii ejus, regis Rodulphi et reginae Ermengardis, Burcardi archiepiscopi et donni Humberti comitis, uxoris ejus Hanchillae, (*alii* Nachile) seu pro remedio patris et matris Burcardi praedicti et Comitissae Ermengardis uxoris suae. Donationem m. p. firmant Burcadus et ejus filius Aymo.

Data per manum Fanuel.

(E Chartul. S. Andreae Inferioris Viennae. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 7, Lugduni, MDCLX.

LIV. — **Oldericus Manfredus. Castrum Lesegni.**

1024, 16 Julii. Carniani.

Oldericus Magnifredus fatetur accepisse ab Ayfredo presbitero, filio q. Rodulphi in argentum denarios bonos solidos centum, pro castro sito in loco qui dicitur Lesegno, cum juribus et pertinentiis etc. Traditio fit per cultellum, festucam etc.

Volpertus notarius subscripsit. Et Azzo notarius S. Palatii.

(Moriondi, *Mon. Aquensia, I, col. 21, Doc. 11.* Charta refert Ind. VII, sed anno MXXIV Indictio XI currebat).

LV. — **Guilelmus III Pictavensis Manfredo march. S.**

1024 . . . .

Maginfredo marchioni clarissimo et uxori suae Bertae prudentissimae Guillelmus Dei Gratia Aquitanorum dux. Quod coeptum est de filio meo non videtur mihi ratum fore, nec utilem, nec honestum. Gens enim vestra infida est. Quocirca per fidem et amicitiam quae inter nos est, obsecramus vos operam dare qualiter, absque nostro et vestro dedecore, ab incoepto desistatis, caventes ne filius meus vel quilibet alius hoc resciscat, donec invicem secrete loquamur.

(Epist. Fulberti epis. *R. G. F. et Scrip.*, Tom IV, pag. 192).

LVI. — **Fundatio S. Aniani.**

1024. Ind. VII. Civitate Aste factum.

Alricus Astensis episcopus quatuor canonicos S. Aniani costituit, iisque, consensu et consilio clericorum suae ecclesiae cardinalium, confert decimas villarum viliani, placio, aste, govone, gorzano et laringe. Magnifredus marchio cum uxore sua Berta laudant et confirmant.

Rogerius ypodiaconus cancellarius scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis. *M. H. P.* Chart. I, col. 441).

II.

UMBERTUS I — AMADEUS I

MXXV — MLI

Umbertus I, Comes Stabuli regni Burgundici, advocatus Hermengardae reginae, Comes Augustae Praetoriae et Mauriannae, Anchiliam e comitibus Vallensibus uxorem habuit; quatuor liberos genuit: Amadeum I, Burchardum, Aymonem Sedunensem episcopum, atque Oddonem. Quo patre, quo anno natus, non satis constat. Obiisse videtur anno MXLVIII, *jamque anno* MLI *Oddo, ejus filius stirpis minimus, Tarantasiae imperitabat. Cognomentum* Albamanus *a scriptoribus posterioris aevi, non ab aequalibus impositum fuit.*

AMADEI I, *Umberti I primogeniti, monumenta saepius cum illis, quae ad Amadeum Bellicensem comitem et consanguineum suum spectant, confusa fuerunt. Vivente patre Comes fuit; sed de ejus comitatu nihil dum scimus. Ante annum* MLI *concessit sine liberis. Vetera Chronica Sabaudiae cognomentum* Caudam *ei fecerunt.*

LVII. — **Umbertus I, Burcardus Aug. epis., Katelmus.**

1025, 18 Septem. In Augusta civitate.

Commutatio bonorum in valle Augustana inter Burcardum episcopum Augustae et Katelmum. Episcopus donat de terra S. Ursi in Italia a parte Katelmi inter arezello, vist. juco et caranino sogas CXLV; Katelmus donat a parte S. Ursi, in valle Augusta inter laro seu Avriano de Bautegia sogas CCXII.III. Dominus Umbertus comes hanc commutationem firmavit. Dodo presbiter scripsit vice Mannonis Cancell.

Regn. Rodulfo rege anno XXXII. Ind. II (*Indict. mendosa; leg.* VIII).

(E Tab. Episc. Augustensi. CIBRARIO et PROMIS. *Doc.* I, pag. 100, qui scribunt *anno 1024,* sed mendose).

LVIII. — **Guilelmus III Pictavensis Leoni Vercellensi episcopo S.**

1025?

« Quantum in ipsis *(Longobardis)* fuit, partum erat mihi regnum Italiae, si unum facere voluissem quod nefas judicavi... Non laudavit mihi hanc vituperabilem conditionem prudens marchio Magnifredus, nec frater ejus Alricus bonus episcopus, quos supra omnes Italas praestantioris ingenii, fidei, bonitatis esse censeo ».

(Epist. Fulberti epis. R. G. et F. *Script.*, Tom. IV, loc. cit.).

LIX. — **Umbertus I, Brocardus Aug. epis., Frecius.**

1025, die. Mercurii, 18 Novemb. In Augusta civitate.

Commutatio bonorum inter Brocardum episcopum Augustensem et Frecium. Donant donnus Ubertus comes et Brocardus epis. a parte Frecii in sexto campum de terra S. Johannis et de comitatu; donat Frecius a parte S. Johannis et a comitatu in Vencio campum.

S. donnus Umbertus comes qui hanc commutationem fecit et manu sua firmavit. S. Brochardus episcopus etc. Dodo presbiter scripsit vice Mannonis cancellarii.

Regnante Rodulfo rege anno XXXII. Ind. V (*Ind. mendosa; leg.* VIII).

(Guichenon mendose, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 4: *M. H. P.* Chart II; recensuit Bollati e Chartario abb. S. Mauritii, in R. Tabulario adservato).

LX. — **Umbertus I et filii ejus. Eccl. S. Germani.**

Sine anno et loco.

Umbertus Comes, Amedeus, Aymo et Oddo filii ejus donant monasterio Cluniaco, ubi praest Abbas Odilo, aliquid « de nostra hereditate » videlicet ecclesiam S. Germani sitam super Montem Munni, desertum in latere ejusdem montis et in Comba Dominici, et duos mansos in pago Bellicensi, duos mansos in Maltacena ad radicem montis, tertium mansum in alio loco et in eadem Maltacena.

S. Umberti, S. Amedei, S. Aymonis, S. Oddonis.

(E Tab. Prior. Burgeti. Guichenon, *Preuves*, pag. 5).

LXI. — **Umbertus I et filii ejus. Eccl. Maltacenae.**

Sine anno et loco.

Humbertus Comes et filii ejus Amadeus, Aymo et Oddo donant ecclesiae Maltacenae et loco Cluniacensi, cui praest Odilo, mansum Bernardi, et Exclusam ad capiendos pisces factam et in acqua quae appellatur in Lisia, positam.

S. Humberti comitis, S. Amadei, S. Aymonis, S. Oddonis filiorum ejus.

(E Tab. Prior. Burgeti. Guichenon, *Preuves*, pag. 6).

LXII. — **Burchadus Aug. episcopus.**

1026, 9 Martii. In villa Tavellis.

Burchardus Lugdunensis archiepiscopus et abbatiae S. Mauritii abbas, et Burchardus augustanus episc. ejusdem abbatiae praepositus, Petro atque Adale ejus conjugi per praestariam concedunt quandam terram in comitatu Equestrico et in fisco comuniaco, sub redditione census carratae vini.

Petrus vice levitae Leutoldi cancellarii scripsit.

(E Tab. S. Mauritii Agaunensis. *M. H. P.* Chart I, col. 449.)

LXIII. **Burchardus Lugd. Archiep. Burcardus episc. Aug.**

1026, 10 Martii.

Burcardus Lugdunensis archiepiscopus et S. Mauritii abbas per prestariam concedit Petro terram S. Mauritii in villa, quae dicitur Adestgogie, et accipit ab eo duas carratas vini. Burcardus Augustanus episcopus hanc praestariam laudat et firmat.

Sigendus cancellarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 114).

LXIV. — **Vido et Boso marchiones.**

(Sine anno et loco. An. 1026 e conjectura I. Durandi).

Conradus (II, *Salicus*) Rex romanorum, fidelissimo Bosono seu Vidoni fratribus, Arduini marchionis filiis, concedit et confirmat castellum

Secuxiae et domum in Taurino, tertiam partem Avilianae, Mattingum, Pulcheradam, Sambuetum, Virlam, Musinascum, Vicum Godonis, tertiam partem Revelli, Circinascum, Mandellum, Barigas, Caramagnam; insuper tertiam partem de Romanesco, plantinum, tertiam partem de Madiano, Farilianum Surbanum, medietatem Sinae et domum in Astis, Miradolum, tertiam partem de S. Stephano, Cossianum, fabricas, Roccham, polentum et Castane, Montem Aurelum, et medietatem ad Benevellum, Ceretum Agudelum, Luecum, Alberetum, Rovetam, Bozegam et Caraxum et medietatem de Carniano, et omnia denique quae pater eorum juste tenuit. - S. Conradi regis.

Hugo cancellarius vice Aribonis archiepiscopi et archicancellarii recognovit.

(E R. Tab. Taurinensi, Dip. Imp. Fascic. I, n. I. *M.H.P.* Chart. I, col. 458).

LXV. — **Alricus ep. Dominicus et Stephanus.**

1027, 15 Maii. Ind. x. Astae.

Commutatio bonorum inter Alricum episcopum Astensem, et Dominicum f. quondam Petri, et Stefanum f. quondam Johannis, barbam et nepotem, lege viventes langobardorum ex natione sua. Bona posita sunt in Aste, et prope rivum qui dicitur Vuadegosio. S. Dominici et Johannis. S. Stefani presbiteri missi episcopi super hanc rem. S. Liutzo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis. Iura Ecc. Ast., m. 35, n. 6. *M.H.P.* Chart. I, col. 456).

LXVI. — **Umbertus I Romae.**

1027.

« Chuonradus *(II Salicus)* in Iporegia civitate natalem domini celebravit: illuc Rudolfi regis Burgundiae legati venerant, promittentes illum Romam venturum ad electionem et consecrationem Imperatoriam..... Igitur Rex Chuonradus Romam ingressus eodem anno (MXXVII) a papa Joanne (XX)... in die Sancto Paschae... a Romanis ad Imperatorem electus... imperialem benedictionem... suscepit... His ita peractis in duorum regum praesentia, Rudolphi Regis Burgundiae et Cnutonis Regis Anglorum... imperator duorum regum medius ad cubiculum suum honorifice ductus est.

(Wippo, Vita Conradi Salici. MGH, Script. Vetera chronica Sabaudiae gallice exarata (*Les anciennes chroniques de Savoie,* MHP *Script.* I, col. 81), quae per-

saepe, ne continenter dicam, Milesiarum fabularum speciem aemulantur, hic memoriae produnt: « Lempereur Harich (II) dist aulx ambaysseurs: Mandez à votre signeur Albert *(Umberto I)* que incontenant il viegne... *Et... Aubert... se mist en chemin, et erra tant par ses journez quil vint a Rome... Et quant lempereur le vist, il ly pleust moult... et... il lestablist conte de Murianne etc.* »

Chronica Latina Sab. « Humbertus de Manibus blancis... ab imperatore Henrico duce Bohemie vocatus in urbe romana, comes Maurianne fuit etc. ».

Umbertum I Rodulfum III Romae deduxisse anno MXXVII, haud absurdum videtur. Cetera de Henrico II, fabulae).

LXVII. — **Hermenburga nob. fem. Lamberti f. Umberti vidua.**

1028, 16 Aprilis. Actum Vivetio.

Rodulphus rex, consentiente Hermengarda regina, donat Hermenburgae, nobiliori schrinae ortae, medietatem Ecclesiae S. Gorgonii, in villa quae dicitur Albonna in episcopatu Vesontiensi, et alia bona quae Lambertus ejus pater a rege acceperat, quaeque Lambertus Hermenburgae dedit, quum Umberto nupsit.

Gualterius grammaticus recognovit.

(*Histoire généalogique des Sires de Salins*, publiée par M.r J. B. Guillaume. Besançon, 1757-58. Charta memoratur ab Alberto De Montet in *Miscellanea di Storia Italiana*, Vol. XXII, p. 524. Deprompta est e Tab. Eccl. S. Pauli Vesontiensis. Hermenburga nupsit Umberto I domino de Salins).

LXVIII. — **Monasterium Caramaniae.**

1028, 28 Maii, Indict. XI. Actum Caramaniae.

Odelricus Maginfredus marchio et Berta comitissa, jugales, lege viventes salica, monasterium puellarum Caramaniae secundum regulam S. Benedicti fundant, pro anima sua, et Adelrici Astensis episcopi, Adalberti marchionis confratris, filiorum et filiarum. Eligunt Richildam abbatissam, et dotem monasterii constituunt de terris positis Caramaniae, et Pollentiae in locis vocatis Colonne et Casale; in comitatu Albiganensi; Prodarolis, Carmaniolae, Saluciae, in insula Gallinaria, Vico Revello, vico Cavallario, in loco pece vocato, in valle Magrana et in locis Zurzana, S. Damiano, Pagliano, Stroppo, Prada, S. Michaelo, Cilio, Paderno, Roccabruna, etc. quae omnia sunt jugera decem millia, cum servis et ancillis. Post donatorum mortem si filia ex eorum coniugio nata vestem religiositatis cupiat, sit abbatissa, si voluerit; similiter fiat de nepta quae de filio vel filia donatorum relicta fuerit. Qui si defuerint, et filius ex eorum conjugio relictus sit, monasterium in ejus

ordinamentum fiat etc.; si filius mascolinus defuerit, filia major nata ex nostro conjugio relicta ita de eodem monasterio faciat. Si vero filia major defuerit, sequens eam major ipsam ordinationem recipiat, et sic semper una post alteram major nata, quamdiu una ex iis in hoc saeculo fiat viva; cum vero filii, filiae et nepotes defuerint, monasterium veniat in potestatem duorum propinquorum Olderici marchionis et Bertae comitissae, usque ad quintum genuculum. Post hoc abbatissa fiat ex electione monacharum, - S. Odelrici marchionis, S. Bertani comitissae, Alricus episcopus interfuit.

Herenzo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. Terraneo, *Adelaide illustrata*, III, 188; *M. H. P.* Chart. I, col. 468).

LXIX. — **Canonicis S. Salvatoris donatio.**

1028, 1 Julii. Indic. XI. Infra Taurinensem Civitatem.

Adelricus Astensis episcopus, et Odolricus Magnifredus marchio germani f. quondam Maginfredi marchionis, et Berta comitissa Odolrici conjux et f. bon. mem. Autberti marchionis, omnes lege viventes salica, canonicis Salvatoris, S. Mariae et S. Johannis Baptistae intra urbem Taurinensem donant medietatem cortis de Buriades. Donatores volunt ut haec ordinatio in nullius episcopi, praepositi vel canonici, sed in Dei potestate permaneat, in usu et sumptu praesbiterorum, diaconorum, subdiaconorum etc. Quod si aliqua persona magna parvaque hanc voluntatem violare praesumserit, medietas dictae cortis continuo in donatorum, vel propinquorum potestatem deveniat. Alricus episcopus scripsit. S. Maginfredi marchionis, S. Bertani comitissae.

Herenzo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Metrop. Taurinensis. *M. H. P.* Chart. I col. 469).

LXX. — **Canonicae S. Salvatoris donatio.**

1028, 1 Julii. Ind. IX. Infra civitatem Taurinensem.

Aldericus Astensis episcopus, et Oldericus Manfredus marchio, germani f. quondam Mainfredi marchionis et Berta comitissa conjux Olderici march f. bon. mem. Autberti march., lege viventes salica, canonicae Domini Salvatoris intra urbem Taurinensem sitae donant cortem S. Dalmatii ad locum qui dicitur mons Electus. Donatores volunt ut haec ordinatio in nullius episcopi, praepositi vel canonici, sed in Dei

potestate permaneat, in usu et sumptu praesbiterorum, diaconorum, subdiaconorum etc. Quod si aliqua persona magna parvaque hanc voluntatem violare praesumpserit, dicta cortis continuo in donatorum vel propinquorum potestatem deveniat. — Alricus subscripsit, S. Mainfredi marchionis, S. Bertane comitissae.

Herenzo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Metrop. Taurinensis. *M. H. P.*, col 472).

LXXI. — **Alricus et Giselbertus.**

1028, 28 Decembris. Ind. XII. Astae.

Commutatio bonorum inter Adelricum episcopum Astensem et Giselbertum presbiterum f. quondam Leonis, lege viventem Langobardorum ex natione sua. Bona posita sunt sexanti, et prope rivum qui dicitur latus. S. Giselberti praesbiteri - S. Graseverti praesbiteri missi episcopi super hanc rem.

Abba notarius et iudex S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cath. Astensis. *M. H. P.* Chart. I col 475).

LXXII. — **Aymo Bellicensis epis. et Umbertus comes.**

Sine anno et loco.

Complures nobiles, in praesencia Aimonis Bellicensis episcopi, et ante dominum Humbertum Comitem et filium ejus Amedeum, donant Iterio Abbati et monachis de Saviniano totam terram quae dicitur Vulbacenchis.

(E chartario Saviniaci transcripsit P. De Rivaz. Cibrario et Promis, *Doc.*, p. 27.)

LXXIII. — **Aymo Petraefortis miles.**

Sine anno et loco.

Aymo Petraefortis saecularem militiam gerens tradit coenobio Cluniacensi, ubi praeest Odilo Abbas, villam suam sitam in pago Gratianopolitano, comitatu Savogensi, cui nomen est mons Ermenoldi. S. Umberti Comitis, S. Amedei filii ejus, S. Burcardi, S. Oddonis. S. Aymonis, qui donum fecit et testamentum.

(E Tab. Prioratus Burgeti. Guichenon, *Preuves*, pag. 5).

LXXIV. — **Amadeus comes et Adela uxor ejus.**

Sine anno et loco.

Amedeus Comes et uxor ejus Adela donant de hereditate sua coenobio Cluniacensi, in comitatu Bellicensi in villa Carnitus, terram quam Willelmus tenet ab Amedeo Comite, et ipsum Willelmum cum infantibus suis.

(TERRANEO, Tabularium Celto-Ligusticum, vol. III. Adservatur in Bib. Nat. Taurinensi).

LXXV. — **Canonicae Salvatoris donatio.**

1029, 12 Maii.

Adolricus Astensis episcopus, Odolricus Maginfredus marchio, et Berta comitissa, etc. donant canonicae Salvatoris intra Taurinensem civitatem vicum qui vocatur Santena, cum castello et cappella S. Pauli, adiectis conditionibus memoratis in superioribus actis. Traditio fit per cultellum, festucam, vantonem etc.

(E Tab. Eccl. Metrop. Taurinensi TERRANEO, *Ad. Illust.* II, 161. *M. H. P.* Chart. I, col. 477).

LXXVI. — **Abbatiae S. Iusti Secusiensis fundatio.**

1029, 9 Julii. Indic. XII. Actum Taurini.

Alricus Astensis episcopus, Odelricus Maginfredus marchio et Berta comitissa etc., lege viventes salica, fundant in Basilica S. Justi intra Secusiam monasterium secundum regulam S. Benedicti pro salute animarum suarum, parentum, Ardoini avii, filiorum et filiarum Odelrici et Bertae, Adelberti marchionis patris Bertae, et filiorum ejus; Oddonis, Attonis, Vuidonis fratrum, Ardoini et Oddonis patruorum et Ardoini consobrini. Et per hoc testamentum monasterio concedunt terram ubi Basilica praedicta est constructa; tertiam partem civitatis Secusiae, excepto castro, tertiam partem totius vallis Secusiae a montibus Genevi et Cinisi usque ad villam Vagam, in locis Pesana, Ulci, Bardonesca; Salibertani, Exilio, Capud Montis, Galionis, Mediane, Brusiolo, Burbono, Villare Fulchardi et in S. Agatha; item cortes duas Almesi et Robiana vocatas, monasterium positum super fluvio pado in loco Pulkieradae, S. Mauro dicatum; cortes Sambuzeti, Matingi, et Vicogodonis; medietatem curtis Volveriae cum castro et capella, quae

Ripa alta nominatur cum vocabulis suis Crispiniate, Orbaciano, Barono, excepto territorium pradellae; quae omnia sunt jugera quindecim millia. Monasterium non sit in ullius episcopi, nec ullarum personarum regimine per donum imperatoris vel regis; sed donatorum. eorumque heredum etc. Traditio fit per cultellum, festucam, vantonem etc. Alricus qui « salico episcopo honore sacerdotii habet et legem Romanam nunc vivere videtur, quamvis ex natione Salichus sit, » donationem « et bergamenam cum tramentario de terra » elevat etc.

S. Alrici epis., S. Maginfredi march., S. Berta com. S. Johanni et Odelrici, lege viventes romana, testes, S. manibus Vuitberti comiti et Hudoni, lege viventes salica, testes etc.

Herenzo notarius et judex S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi Cam. Comp. Terraneo, *Adelaide illustrata*, II p. 166; *M. H. P.* Chart. I, col. 479).

LXXVII. — **Alricus Ast. episcopus et Abellonius.**

1029, 19 Septem. Ind. xii.

Adelricus episcopus Astensis Abellonio f. quondam Elinei, et Amaltrudae f. quondam Jerolimi uxori ejus, dat censo libellario usque ad xxix annos cortem, domum, castrum cum cappella in loco Lequi super fluvium Tanagrum. S. Abellonii, S. testium.

Agiprandus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Ecc. Cath. Astensis, Iura Eccl. Ast., Fasc. 35, n. 7. *M. H. P.* Chart. I, col. 484).

LXXVIII. — **Oldericus Manfredus marchio.**

1029, 10 Decembris. Ind. vii.

« Ego Olerico marchio qui et Magnifredus, f. quondam item Magnifredi similiter marchionis, una cum filia mea Adelaida et ea consentiente ... » (*Cetera desiderantur*).

(Terraneo, *Adelaide illustrata*, II, p. 188).

LXXIX. — **Amadei comitis donatio. Umbertus I comes, Ancillia uxor ejus.**

1030, 22 Octobris. Gratianopoli.

Amedeus filius Uberti Comitis, et Adalegilda uxor ejus, Cluniensi monasterio, cui praeest Odilo abbas, donant ecclesiam S. Mauritii in

pago Maltacena, permittente et confirmante Malleno episcopo gratianopolitanae ecclesiae et Umberto episcopo. S. Uberti comitis, S. Ancilliae uxoris ejus, S. Amedei comitis, S. Adilae uxoris ejus, S. Rodulphi Regis, S. Reginae Ermengardis, S. Oddonis.

(E Tab. Cam. Comp. Sabaudiae. Guichenon, *Preuves*, pag. 8).

LXXX. — **Burchardus S. Mauritii praepositus.**

1030.

Burchardus, S. Mauritii abbatiae Praepositus, exartum sive navale duos mansos valens, jacens in villa Sinrarunsurae Reginfredo et Adelheidi et infantibus eorum concedit sub annuo censu V solidorum.

Hupertus cancellarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 118).

LXXXI. — **Amadeus comes Bellicensis.**

Sine anno et loco (post an. 1030).

Comes Amedeus et Adela uxor ejus donant ecclesiae S. Mauritii pro requie Uberti filii mansum in episcopatu Gratianopolitano in comitatu eorum, et in villa Maltacena ad radicem montis Muniti, S. Comitis Amedei et ejus illustrissimae conjugis Adelae.

(E Tab. Prior. Burgeti. Guichenon, *Preuves*, pag. 8).

LXXXII. — **Alricus Ast. episcopus Romae.**

1030. Romae.

Joannes XX P. M. omnibus bonum facientibus in ecclesia Magalonensi salutem cum benedictione apostolica dicit, et rebus dictae ecclesiae afflictis prospiciens, decretum suum firmare voluit ab omnibus, quos Romam Arnaldus Magalonensis episcopus acciverat.

Oldericus Vercellensis episc. Reynaldus Papiensis episc. Aluinus *(Alricus)* Astensis episcopus, et alii quamplures.

(Terraneo, *Adelaide illustrata*, p. II).

LXXXIII. — **Rodulphus III, Irmengardis, Umbertus I.**

Sine anno et loco (post an. 1030).

Rodulphus, rex Burgundiae, et Ermengardis regina, consilio Leodegarii Viennensis archiepiscopi, villam quae vocatur Lemensis, donant ecclesiae Athanacensi cui praest Gesaldus abbas mirae sanctitatis, qui ibi monachos misit; item donant in villam Nogarei mansum et castanearium, et alterum mansum Vifredi.

S. Umberti Comitis, S. Oddonis, S. Leodegarii Primatis etc.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Preuves*, pag. 4).

LXXXIV. — **Fundatio Talueris.**

Sine loco et anno (1031?).

Ermengardis, Rodulphi regis conjux, quae consensu Regis construxit Ecclesiam S. Mariae ad habitationem monachorum S. Martini Savinianensis, et ad subjectionem Iterii abbatis, in loco qui vocatur Talueris, in pago Albanensi, nunc ex permissione Regis, per consilium archiepiscoporum, et episcoporum, et comitis Umberti, dicto loco donat potestatem de Dulsatis, cum ecclesia, marsaciacum et Vesonem marlensem cum ecclesia, villam Blusiacum cum ecclesia, et tres mansos in varello, unum in poniaco, unum qui vocatur Ramponetus, unum de Escalvina, silvam quae vocatur Icheria, villam Calvonacum et duas partes decimae ipsius villae. (Ermengardis regina retinet tres potestates Dusatis, Vesonem et Marlendis quamdiu vixerit, monachis solvens annuatim xx solidos).

S. Umberti Comitis. S. Sigibodi, Fulcherii, Alloldi, Ulardi.

(E R. Tab. Taurinensi. Deest signum Reginae. Guichenon, *Preuves*, pag. 3, addit verba uncis inclusa).

LXXXV. — **Monas. Astense Ss. Apostolorum.**

Sine anno et loco (Terraneus an. 1031).

Henricus (III) Romanorum rex monasterio astensi Ss. Apostolorum omnes possessiones confirmat, et nominatim curtem Cerisole de Bosco, quam marchio Manfredus et Berta comitissa et Alricus episcopus ei dederant.

(Ughelli, *Italia Sacra*, vol. IV).

LXXXVI. — **Burchardus II Lugd. Archiep et Burchardus August. epis.**

Sine loco et anno.

Burchardus Lugdunensis archiepiscopus et S. Mauritii abbas, una cum donno Burchardo Augustanae civitatis episcopo et S. Mauritii praeposito, laudante Rodolfo rege Burgundionum et Ermengarda regina, concedunt Tiboldo diacono abbatiae agaunensis et infantibus suis sex mansos in comitatu genevensi, et hoc propter librum a Tiboldo datum ad opus S. Mauritii sociorumque ejus, S. Burchardi Arch., S. Burchardi episc. Fratres S. Mauritii laudant et confirmant.

(E Tab. S. Mauritii Agaunensis. *M. H. P.* Chart I, col. 499).

LXXXVII. — **Burchardus III Lugdunensis Archiep.**

1031.

« Praedicti Burchardi (II *Lugd. Archiep.*) nepos, Burchardus Augustanus episcopus, relicta propria sede, procaciter Lugdunensem arripuit ».

(Hugonis Flaviacensis Chronicon Virdunense Lib. II. Pertz *M. G. H.* Tom. V, pag. 408. Burchardus II obiit 12 Junii mxxxi nonaginta ferme annos natus, Adelaniam reginam novercam habuit, Umberti Bellicensis comitis sororem; hinc Burchardus III, ejusdem Umberti filius, dicitur Burchardi II *nepos*, scilicet patruelis. De acceptione vocis *nepotis* vide Ducange).

LXXXVIII. — **Oldericus Manfredus marchio et Berta com.**

1031, Ind. xv. In palatio Maginfredi march. in civitate Taurinensi.

Odelricus qui et Manfredus marchio f. quondam Manfredi marchionis, et Berta Comitissa, jugales f. quondam Autberti marchionis etc. cum notitia et in praesentia de propinquioribus parentibus suis, donant monasterio S. Mariae et Ss. Solutoris, Adventoris et Octavii braidam juxta Palatium, privilegia in comitatibus Taurinensi, Vercellensi, Iporiensi, Astensi, Albensi, Albiganensi, Vigintimiliensi, Parmensi, Placentinensi, Ticinensi, Aquensi et exemptiones in Gavenno, Sangano, Carniano, Susinasco, Tegerone, Bulgare, Septimo, Planicia et in Collo S. Johannis.

S. Maginfredi march., S. Adalberti et Opizzoni utriusque mar-

chionis qui Bertae germane... S. Cuniberti et Wilelmi seu marchionis (?) lege viv. salica. Gislabertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. R. Aecom. Abbazia di S. Solutore, fasc. I, n. 8. TERRANEO, *Adelaide illustrata*, II, pag. 190; *M. H. P.* Chart. II, col. 119).

LXXXIX. — **Oldericus Manfredus et Berta.**

1031, 18 Novemb.

« In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, domino nostro Chunrado imperatore, anno imperii ejus domino propicio quinto XIV Kal. Dec. Ind. XV. Nos in Dei nomine Odolricus, qui et Mainfredus marchio, filius quondam itemque Magnifredi similiter marchionis et Berta Dei gratia Comitissa jugales filia bone memorie Alberti similiter marchionis... » *(Cetera desiderantur).*

(TERRANEO, *Adelaide illustrata*, II, pag. 196).

XC. — **Umbertus I comes Aug. et Comes Stabuli Burgundiae.**

1032, Ind. XII. In Augusta civitate.

Dominus Ubertus comes, et Bavo advocatus de vice Comite ex una parte, et ab alia parte monasterium S. Benigni *(Augustani)* inter se conveniunt de commutatione quarumdam terrarum. Dominus Ubertus comes, per manum Bavonis advocati de vice comitatu, donat monasterio, de terra de suo comitatu et beneficio Costabili, campum infra civitatem in loco Improvia. Contra Bovo qui est advocatus S. Benigni, donat in commutatione campum in loco Inescinacio. S. Bavonis qui commutationem facit pro jussione domini Uberti comitis.

Erricus presbiter a vice Bavonis cancellarii *(scripsit)* regnante Rodulfo rege anno XLI *(Mendosa dies; Rodulphus III regnavit XL annos).*

(E Chartario Epis. Augustani recensuit et edidit Ios. AUG. DUC in R. Societatis Hist. Taurinensis, *Miscellanea di Storia Italiana*, vol. XXIII, pag. 338).

XCI. — **Umbertus I advocatus Ermengardis reg.**

Sine loco et anno (post an. 1032).

Ermengardis regina, pro remedio animae suae et Rotdulfi senioris sui, nec non patris et matris suae, seu fratrum suorum et coeterorum

propinquorum ecclesiae Cluniacensi, ubi Odilo Abbas praesse videtur, donat per advocatum suum Hubertum comitem mansos duos in pago Genevensi, unum in villa Filingiaco, alium in villa cimilatis.

(CIBRARIO et PROMIS. *Doc.*, p. 102. Desunt signa manuum donatorum et testium).

XCII. — **Ermengardis reg. donatio.**

Sine anno et loco.

Ermengardis regina monasterio S. Andreae subteriori donat vineam in villa S. Johannis in Albiniaco, sub praesentia abbatis Iterii, et aliam vineam quam Folcherius de se tenebat.

S. Reginae. Testes: Leodegarius archiep. Artaldus praepositus, Gurigo decanus etc.

(CHEVALIER, Chart. S. Andreae Inferioris Viennae, pag. 272, Doc. 228).

XCIII. — **Altera Ermengardis reg. donatio.**

Sine anno et loco.

Ermengardis regina monasterio S. Andreae et abbati Iterio donat mansum Hermenberti et condaminas suas, quae sunt inter Albiniacum et S. Johannem; praeterea pratum quod in manu sua tenebat.

S. Ermengardis reginae. S. Festium, Haec carta facta est sub praesentia Leudegarii archiep. et omnium canonicorum ejus.

(CHEVALIER, Chartulariun S. Andreae Inferioris Viennae, pag. 185, Doc. 242).

XCIV. — **Alricus Ast. epis. Monast. S. Iusti Segus.**

1033, 8 Martii. Ind. I. Taurini, in castro desuper porta Secusina posito.

Alricus, Astensis episcopus, et Odelricus Maginfredus marchio, f. quondam Maginfredi marchionis, et Berta comitissa f. quondam Autberti etc., lege viventes salica, monasterio Ss. Justi et Mauri infra Segusiam donant duas cortes cum castro et capella; quarum una vocatur Mauce, altera Petra Auriola in comitatu Dianensi. Insuper donant duos mansos, unum in Genecula, alium in Carasione, cum potestate pascendi porcos a litore maris ad fluvium Sturam. Traditio fit per cultellum, festucam etc. — Alricus epis. subscripsit. S. Odelrici et Bertae.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(MULETTI, *Memorie storico-diplomatiche appartenenti alla città ed ai marchesi di Saluzzo,* vol. I pag. 181).

XCV. — **Conradus II Imp. Hermengarda regina. Umbertus comes.**

1033.

« Imperator reversus ad Turicum castrum pervenit; ibi plures Burgundionum, regina Burgundiae jam vidua, et comes Hupertus et alii qui propter insidias Odonis in Burgundia ad imperatorem venire nequiverant, per Italiam pergentes occurrebant sibi, et effecti sui promissa per sacramentum sibi et filio suo Heinrico regi, mirifice donati redierunt ».

(WIPONIS *vita Chuonradi Imp.* PERTZ, M. G. H. Tom. XI, p. 270).

XCVI. — **De Ferruzasco.**

. . . .

Ad quamdam donationem ab Adelaide factam monasterio S. Justi segusiensis (quartam partem Ferruzaschi) respicit charta suspecta, de qua vide ad annum MCCXXXV.

XCVII. — **Burchardus III Archiep. Lugdunensis.**

1034.

Burchardus III Archiep. Lugd. olim August. Epis. « captus a militibus imperatoris perpetuo est condemnatus exilio ».

(RODULPHI GLABRI Chron. Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores, Tom. X, pag. 288).

XCVIII. — **Umbertus I dux supremus.**

1034.

« Teutones ex una parte, ex altera archiepiscopus Mediolanensis Heribertus et caeteri Italici, ductu Huperti Comitis de Burgundia, usque ad Rhodanum flumen convenerunt. »

(WIPPO, in vita Chuonradi Imp. Tom. XI). PERTZ, *M. G. H. Script.* IV, 270. — « Omnia in Rhodanum castella subjecit, Muriennam (*alii* Murtenam) diruit, Genevensem urbem intravit (*Corradus imp.*) etc. HERIMANNI AUGIENSIS (vulgo CONTRACTI) chron. Loc. cit.).

XCIX. — **Comes de Monte Bardonis.**

Anno . . . .

« Adelais soror erat . . . comitis qui agnominatus est de Monte Bardonis in Italia ».

(ANN. SAXO, apud PERTZ, *M. G. H.* Script. Tom. VI, pag. 695. Haec una extat comitis de Monte Bardonis notitia. Prima aetate, atque post annum MXXXV obiisse videtur.

C. — **Alricus Ast. epis. S. Hylarii Eccl. donatio.**

1034, 4 Maii. Ind. II.

Adelricus astensis episcopus, cum consensu clericorum et omnium militum, inter quos Lito vice comes, decimas Germani praepositi infra civitatis astensis terminos concedit Ribaldo subdiacono, et post ejus obitum donat ecclesiae S. Hylarii. Actum anno Conradi Imp. VIII, et pontificatus Adelrici XXVI. — Odelricus *(sic)* episcopus subscripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis, Iura capituli n. 16. *M.H.P.* Chart. I, col. 503).

CI. — **Obitus Olderici Manfredi marchionis.**

1034, 29 Octobris. Taurini.

« IV Kal. Nov. ob. Manfredus marchio ».

(Necrologium monast. Ss. Solutoris Adventoris et Octavii. Taurinensis. *M. H. P. Script.* Tom. III, col. 227).

CII. — **Hermannus dux et marchio.**

1034 1035 (?).

« Hermannus quoque dux Alamanniae marcham soceri sui Maginfredi in Italia ab imperatore accepit. »

(HERIMANNI AUGIENSIS (vulgo CONTRACTI). PERTZ, M. G. H. *Script.* V, p. 122, R. F. S. Tom. III).

CIII. — **Sufredus presbiter. Orbazanum.**

1035, 23 Decemb. Ind. III. Taurini, in castro super porta susina.

Sufredus presbiter f. quondam Algisi, lege vivens Langobardorum ex natione sua, altari S. Trinitatis in ecclesia S. Johannis Taurinensis, ubi secus pedem ejusdem altaris Maginfredi marchionis corpus quiescit, donat medietatem cortis Orbazani, ut sex presbiteri dicto altari deserviant pro remedio Bertae comitissae, Maginfredi marchionis, Alrici astensis pontificis, Otdonis marchionis etc. Si vero episcopus Taurinensis vel alia persona praedictam medietatem tollere voluerit, constituit, ut continuo perveniat in gubernationem et defensionem Bertae comitissae « aut de ejus filio », et dominae Adalaie vel de ejus Adalasiae filio masculo si habuerit. — Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Capit. SS. Trinitatis Taurinensis. *M. H. P.* Chart. II, col. 123).

CIV. — **Sufredus presb. Buriades.**

1035, 23 Decemb. Taurini, in castro super porta susina.

Sufredus presbiter f. quondam Algisi, lege vivens Langobardorum ex natione sua, altari SS. Trinitatis in ecclesia S. Johannis Taurinensis, ubi secus pedem ejusdem altaris Mainfredi marchionis corpus quiescit, donat medietatem cortis Buriades, ut sex presbiteri Deo ibi deserviant pro remedio Bertae comitissae, Maginfredi marchionis, Aldarici astensis pontificis, Otdonis marchionis etc. Si vero episcopus Taurinensis, vel alia persona medietatem dictae curtis tollere voluerit, constituit, ut illa cortis continuo perveniat in gubernationem et defensionem Bertae comitissae, « aut de ejus filie nomine Adaleyge, vel de ejus filio masculinum jamdictae domine Adeleige si abuerit. » *(Lectio corrupta. Forte legendum est ut in praecedente charta ejusdem diei:* perveniat in gubernationem et defensionem, « Bertae comitissae, aut de ejus filio, et dominae Adelaie vel de ejus Adeleige filio masculo si abuerit ».

(E Tab. Capit. SS. Trinitatis Taurinensis. *M. H. P.* Chart. II, col. 123).

CV. — **Covacia et Calpix.**

Sine loco et anno.

Alricus astensis episcopus et Berta comitissa monasterio Ss. Solutoris, Adventoris et Octavii medietatem cortis Covaciae et cortis quae vocatur Calpix, conferunt

(*Memoratur haec donatio in charta Adelaidis*, ad annum MLXXIX).

CVI. — **Hermengarda regina eccl. S. Ferreoli.**

1036, 5 Nov. In synodo Viennensi.

Leodegarius Viennensis archiepiscopus donat ecclesiae S. Ferreoli et coenobio quod vocant Griniensium, quidquid in suo dominio tenet, et quidquid de ejus hereditate tenebat Blandinus, collaudante clero et annuente Hermengarda regina, nunc vidua. — Leodegarius propria manu firmavit.

Nuspa monachus ad vicem Cancellarii scripsit.

(MARTENE ET ORSINO DURAND, *Veterum scriptorum et mon. hist. dogmaticorum et moralium amplissima collectio*. Parisiis, 1724).

CVII. — **Umberti I comitis recordatio.**

1036, feria sexta novembris.

Maria f. quondam Maginerii,. et relicta Ugonis, una cum filiis suis Vuilfreto, Basilone Uberto monacho, Sigebodo et Aimone, pro viro suo et filio Ugone qui apud Novalicium sepultus fuerat, monasterio Novalicio donat quaedam bona paterna, sita in pago Savogiense in agro piguonense, in valle Cesia; videlicet ecclesiam S. Mariae, et quidquid habet super Isera. Quae res a mane terminant terra regis, sive Uberti comitis, nec non Ottae uxoris Sigibodi; a meridie et ad occidente terra regis et comitis, a cixio flumen Isera — S. Mariae et filiorum suorum.

Data per manum Wisoni monachi.

(GUICHENON, *Preuves*, pag. 668).

CVIII. — **Alricus Ast. epis. in praelio occumbit.**

1036.

« VII ob. Alricus episcopus ».

(Necrolog. Ss. Solutoris, Adventoris etc., Taurini, *M. H. P. Scrip.* Tom. III, col. 229.

« In Italia minores milites contra dominos suos insurgentes, et suis legibus vivere, eosque opprimere volentes, validam conjurationem fecerunt. Ad quos concordes eam primores coadunati pugnam inierunt *(in campo qui dicebatur Malus)*, multi utrinque ceciderunt, inter quos Astensis episcopus. »

(Herimanni. Augiensis (vulgo Contracti). Pertz. *M. G. H. Script.* v).

« Inter quos *(exercitus)* dum incederet medius, jam dictus Astensis configitur episcopus, pars denique maxima belli. »

(Arnulphi, *Hist. Mediol.* Lib. 2, Cap. 12. Muratori, *Rer. It. Script.* Tom. IV).

CIX. — **Immula, soror Adelaidis Comitissae.**

1036.

« Imperator *(Conradus II)* pascha Ingelanheino feriavit, deinde Tribuziam tendens generale ibidem sinodo presidit. Ibidem quoque... Otto de Suinvorda, cogente sinodo, Mactoldem, sibi desponsatam iuramento, e se abalienavit. Post hanc accepit uxorem que Emilias vel Immula seu Irmingardis dicta fuit, sororque illius, Adelas dicta, nupserat Ottoni marchioni de Italia; peperit autem dicta Immula seu Irmingardis, Ottoni quinque filias etc.

(Ann. Saxo; Apud Pertz, MGH. *Script.* vi, pag. 679).

CX. — **Sigifredus presb. Volveria.**

1037, 28 Mai, Ind. v. Infra castrum planciasca.

Scigefredus presbiter f. quondam Adelgiri, ex natione sua lege vivens Langobardorum, monasterio S. Justi infra civitatem Segusciam, offert pro remedio animae b. m. Adelrici qui fuit episcopus et b. m.

Maginfredi marchionis, et post decessum Bertae comitissae, donat medietatem cortis positae in loco Volveria. S. Sigifredi presbiteri.

Johannes notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. *Abbazia S. Giusto di Susa*. Fas. I, A, n. 8. *M. H. P.* Chart. I, col. 512).

CXI. — **Sigifredus presb. Villanova.**

1037.

Sigifredus presbiter f. q. Algisi, lege vivens Langobardorum ex natione sua, altari S. Trinitatis, in ecclesia S. Johannis Taurinensis, ubi corpus Olrici Maginfredi marchionis requiescit, donat, post decessum Bertae comitissae relictae istius Olrici Maginfredi, medietatem cortis in loco Villanova, cum casis, cappellis, sediminibus, et hoc pro anima sua, et b. m. Alrici episcopi, Oberti et Olrici Maginfredi et Bertae comitissae.

S. Lamberti, Deodati, Giolandi, Gisulfi et Andreae.

Secundus notarius et judex S. Palatii scripsit et dedit in orso.

(E Tab. Capit. SS. Trinitatis Taurinensis. *M. H. P.* Chart. II, col. 126).

CXII. — **Berta socrus Herimani ducis.**

1037.

« Mediolanensis archiep. consentientibus tribus episcopis Vercellensis, Cremonensis et Placentinis, missis clam nuntiis, cum saepe dictis Ottone Burgundiae tiranno pacificantur, quomodo ipse in Romanum imperium..... introducatur. Quod ipse libenter audiens, diem locumque determinat, quo coram omnium legati convenirent..... Interea... quaedam fidelis domna, socrus scilicet Herimani Suevorum ducis, in hiisdem finibus commorans, legatorum conventum rescivit... omnes simul comprehensos... imperatori... transmisit ».

(Ann. Saxo. 1037. Pertz, *M. G. H. Script.* VI, p. 680-81).

CXIII. — **Aymo de Sabaudia Sed. epis.**

1037, I Id. Octobris.

Episcopus Sedunensis Aymo et abbas S. Mauritii recensetur in charta Leodegarii archiepiscopi Viennensis pro Romanesi monasterio.

(Gallia Christiana, Tom. XII, pag. 740, et Tom. VI, Doc. 21).

CXIV. — **De Episcopatu Mauriannensi.**

1038, 17 Martii. Ind. vi. Actum Coloniae.

Conradus (II) imperator, petitione Odolrici Briscianis episcopi, ecclesiae Taurinensi omnia bona confirmat, eique donat episcopatum Mauriennensis civitatis cum decimis episcopatus, ecclesiis ad eum pertinentibus et omnibus rebus, castris, curtibus, districtis etc. S. Conradi Imp.

Cadelonus cancellarius vice Erimanni arcicancellarii recognovit.

(Saepius editum; denuo in *M. H. P. Pedemontium Sacrum Auct.* Meyranesio Scrip. Tom. IV).

CXV. — **Hermanni ducis et march. obitus.**

1038 28, Julii.

« Mense Julio ingens exercitum pestilentia invasit, et plurimos passim extinxit... Hermannus quoque dux Alamanniae suis admodum flebile morte V Kal. Augusti occumbens, Tridenti sepelitur ».

(Herm. Contracti Chron. Rer. Fran. script. Tom. III, pag. 525).

CXVI. — **Abbatia S. Iusti Segusiensis.**

1038, 29 Decemb. Ind. vi. Parmae.

Conradus (II) imperator, interventu Popponis Trevirensis archipraesulis et Bertae comitissae, confirmat abbatiae S. Justi apud Secusiam, cui nunc praeest Bertramus, omnia quae illi obtulerunt Alricus episcopus, Manfredus marchio et Berta comitissa; scilicet tertiam partem Secusiae civitatis, excepto castro, tertiam partem totius vallis Secusiae, sicut detinent montes Genevii et Cinisii usque ad territorium villae quae vocatur Vaga, in locis Sesana, Ulci, Bardonesca, Salabertani, Exilio, caput montis, Galibonis, Mediane, Matingo, foresto, Bozzoletto, S. Georgio, Canusso, Brusolio, Burbono, Villare Fulchardi, S. Agatha; insuper duas cortes Almesii et Rubiana, Vigodone et curtem de Volveria, Petra Oriola a ripa Sturiae usque ad litus maris. Mansum unum in Carisione; alium in Genecula, duos in Ferruzascho cum duabus capellis cum dote et tertia parte de decima; cortem Mauce, lacum de

Avillania et Viuarium vocatum Vuangerii. — S. Conradi Imp. Poppo Archiep. Trevirensis.

Kadelonus vice Hermatini archicapellani recognovit.

(E R. Tab. Taurinensi, Abbazia di S. Giusto, Fasc. I. *M. H. P.* Chart. I, col. 519).

CXVII. — **Adelais Hermanni ducis coniux.**

4 Julii, anno... 1038? (In charta legitur mendose anno 1049, Ind. VIII).

Adaleida f. quondam Maginfredi marchionis et conjux Ermanni ducis et marchionis, quae professa est natione sua lege vivere salica, donat monasterio S. Stephani, sito foris sed prope civitatem Januam, pro anima patris sui et matris suae et avunculi, omnia quae habet in loco porciana, ubi nuncupatur villa regia. Cohaerent de una parte fossatum de pompliana et pergit in mare; de alio latere terra S. Siri; de superiore capite alpes bocallo et de subtus via et litus maris. Traditio fit per cultellum etc.

S. Bertae comitissae, S. Adalaide, S. testium.

Odo notarius S Palatii scripsit.

(E R. Tab. Ianuensi sub anno 1049. *M. H. P.* Chart. II col. 145. Berta obiit an. 1040; Ermannus dux an. 1038; Adelais porro an. 1049 Oddonis comitis uxor erat; anno 1049 vertebat Indictio II).

CXVIII. — **Ardoini marchionis recordatio. Tenda.**

Sine loco et anno (1038-1041).

Breve memorationis in quo Otto et Conradus comites confirmant usus et consuetudines quas Ardoinus marchiso dederat hominibus Tendae, Saurgio et Bricae Otto et Conradus comites manu sua firmaverunt.

(PIETRO GIOFFREDO, *Storia delle Alpi marittime. M. H. P.* Scrip. II. Ad Ardoinum cognomento Glabrionem charta respicere videtur.

CXIX. — **Burchardus III Archiep. Umberti Bellicensis com. f.**

1039, 13 Octobris. Agauni.

Burcardus archiep. et S. Mauritii abbas quasdam terras in pago Genevensi Luduico per praestariam concedit; Vido autem Luduici

pater S. Mauritio reddit quartam partem villae Mollon in pago vualdense in loco Osgo.

Arnaldus presbiter vice Turumberti cancellarii hoc opus complevit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 130).

CXX. — **Umbertus I et filii ejus.**

1040. Ind. VIII. In Augusta Civitate.

Humbertus I comes confert canonicis S. Joannis et S. Ursi (*Augustae civitatis*) praedia in Avisiaco et in valle digna, hoc est in Delbia et in Tuillia, et totum illud mobile quod die mortis ejus in comitatu Augustano habebit, exceptis personis hominum. Omnium tamen harum rerum usum et fructum, donec vivat, sibi reservat. — S. Huberti comitis, Oddo firmavit et laudavit, Amedeus comes firmavit, Aymo Sedunensis episcopus laudavit et firmavit, Brochardus filius Huberti comitis laudavit et firmavit, Petrus marchio filius Oddonis marchionis et comitissae Ataleldae, laudans firmavi.

(E R. Tab. Taurinensi. Saepius editum. *M. H. P.* Chart. I, col. 530).

CXXI. — **Oldericus marchio monast. S. Silani.**

1040, 20 Octob. Ind. IX. Infra monasterium S. Silani.

Fundatio monasterii S. Silani, quod situm est juxta flumen Sicidae, in loco Romagnano. Oldericus marchio filius b. m. Widonis marchionis, et Julita comitissa, uxor ejus, quae professa est ex natione sua lege vivere Langobardorum, sed una cum marito lege vivere salica, consentiente Ottone marchione et comite Montisferratensi, donant monasterio praedicto septem mansos in Romagnano, et alia bona in Casaligrasso, in Pancherade, in Phaule, in Cavanna, et in Ravignasco.

(Morriondi *Mon. Aquensia*, II, col. 301).

CXXII. — **Adelais S. Mariae de Caburro.**

1041. Ind. VIIII. In castro Caburri.

Addasia comitissa et Albertus Atto atque Ainardus domini Fenilis parentes monasterio S. Mariae de Caburro donant aqueductum a flumine Pelesi. S. Vuidonis episcopi Taurinensis. Ego Adalasia comi-

tissa cum omnibus fidelibus domus meae. S. Festium: Petro domino... Caburri. S. Bruni vicecomitis. S. Grossi de Costiolis, etc. Nos domini Fenilis communi voluntate laudavimus.

Adam sacerdos scripsit.

(F. R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di Cavour*, Fasc. I. *M. H. P.* Chart. I, col. 539. Charta non sine interpolationis nota).

CXXIII. — **Umbertus I. Monast. Calminianense.**

1042, 21 Januarii.

Upertus comes aliquid de hereditate sua quae sibi ex conquisto obvenerunt, donat monasterio Calminiacensi S. Petri. Bona haec posita sunt in episcopatu Gratianopolitano in loco Scalare, olim Lavastrone vocato, videlicet ecclesia S. Mariae, cum decimis, primitiis, cimiterio, nec non et ecclesiae quae sitae fuerunt in eadem parrochia et necdum reaedificatae sunt. S. Uperti comitis, S. Brochardi archiepiscopi, S. Aimonis, S. Amedei, S. Oddonis.

(Marion, *Cartulaires de l'église cathédrale de Grenoble, dits de S. Hugues* Chart. A, n. XX, pag. 81).

CXXIV. — **Adelais Henrici marchionis coniux.**

1042, 29 Januarii. Ind. x. (Anno regni Heynrici tertio). In vico Caramaniola.

Heynricus marchio f. quondam Wilielmi item marchionis, et Adalagide comitissa jugales f. b. m. Odolrici Magnifredi marchionis Ecclesiae S. Johannis Taurinensis concedunt plebem S. Mariae constructam infra civitatem Seusiae, et ecclesias omnes, tribus exceptis, videlicet, monasterio S. Justi et capella constructa infra Seusiam, et altera in honore S. Antonii; praeterea omnes decimas vallis Seusiae... sicut detinent montes qui nuncupantur Genevus et Cinisio seu mons ille in quo Altareto dicitur, et sicut detinent alpes inter regnum Burgundiae et italicum regnum. Ad hoc breve concessionis firmandum Heynricus marchio et Adeleyda comitissa, ex parte ecclesiae S. Johannis, ab Arnaldo et Greseverto ejusdem ecclesiae acceperunt launachid panno. — S. Heynrici march. et Adeleydae com. qui launachid acceperunt. S. Arnaudi et Greserverti seu Restagni seu Otberti, lege viv. salica.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Vescovato di Torino*, Fasc. I, n. 2. Muletti, *Memorie di Saluzzo*, vol. I, pag. 195).

CXXV. — **Umbertus I, Amadeus I comes.**

1042, 11 Junii. Ind. x.

Umbertus I comes et filii ejus Amedeus et Oddo donant monasterio S. Laurentii Gratianopolis ecclesiam in pago qui olim vocabatur Lavastrone, et nunc ad Scalas, et alias ecclesias in eadem parrochia sitas nunc omnino destructas; et unum mansum. S. Umberti comitis, S. Aimonis, S. Brocardi archiepiscopi, S. Aimoni, S. Malleni episcopi, S. Amedei comitis, S. Odonis.

(*Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, publiés par les soins du Ministre de l'Instruction publique.* I partie. Doc. XIX. Chart. A. pag. 42).

CXXVI. — **Hugo Marchio. Ardoinus Marchio.**

Sine anno et loco. 1042?

Henricus, Romanorum rex, Petro religioso episcopo et abbati monasterii S. Michaelis in loco porchiariana constructo, eidem monasterio omnes res suas confirmat, cum castello et corte de Clavesce, quam Ugo Marchio dederat, et cum Casteneto, Cacia, Bertenseco, Villarez, quae dicitur Castello, Maliasco, Sablone et cetera quae Arduinus Marchio filius Ottonis dedit.

(Terraneo, Tabularium Ligusticum, vol. III, e Tab. Eccl. Bisuntinae. D'Achery, (*Spicilegium, sive Collectio veterum aliquot script. etc.*, Parisiis, 1723), cui Jacobus Durandius consentit, anno 1014 et Henrico II imp. chartam attribuit, sed mendose; nam hoc anno Benedictus Senior abbas S. Michaelis erat, qui per annos quatuor et quadraginta monasterio praefuit, et vitam ad annum 1084 produxit.

CXXVII. — **Aymo de Sabaudia Sed. epis.**

1043, 25 Martii. Bisuntii.

Charta institutionis canonicae ecclesiae S. Mariae, olim S. Paulo Bisuntino dicatae, quam Hugonis I, archiep. Bisuntini, Testamentum vocatur.

S. Hugonis archiep. S. Henrici Lausannensis epis. S. Theodorici Basiliensis epis. S. Aymonis Sedunensis episcopi.

(Dunod, *Histoire de l'Église de Besançon*, vol. I, Preuves, pag. XLIX).

CXXVIII. — **Adelais Henrici marchionis coniux.**

1043, 28 Maii. Ind. xi. In castro Taurini.

Henricus marchio f. quondam Vulielmi marchionis et Adalena comitissa, filia quondam Oldrici Magnifredi marchionis, jugales, lege viventes salica, pro anima sua et Olderici marchionis et Bertanae comitissae genitricis, monasterio S. Anthonini, quod est constructum in valle Nobilensi, donant ecclesiam in valle Secuxia in burgo S. Agathae. Traditio fit per cultellum, fistucam etc. S. Henrici marchionis et Adalenae comitissae.

Johannes notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Giusto*, Fasc. I, n. I. *M. H. P.* Chart. I, col. 550).

CXXIX. — **Adelais Henrici marchionis coniux.**

1044, 28 Maii. Ind. xii. Pinarolii.

Adalaxia comitissa f. quondam Odolrici Magenfredi, lege vivens salica, consentiente Enrico conjuge ejus, monasterio S. Mariae in loco Caburo donat capellam S. Johannis et duos mansos et sedimen unum in loco Carmaniolae. Traditio fit per cultellum, fistucam etc. S. Enrici, S. Adalaxae.

(E R.Tabulario Taurinensi, *Abbazia di Cavour*. Fas. I. *M. H. P.* Chart. I, col. 557).

CXXX. — **Obitus Burchardi III Archiep. Lug.**

1046.

« An. 1046 1° Idus... obierunt Odolricus Lugdunensis Archiepiscopus et Burchardus Archiepiscopus ».

(E Miscell. Bib. Lugdunensis, N. 1256, N. 2. Gingins-La Sarra, *Les Trois Burchard*, pag. 350.

CXXXI. — **Aymo Umberti I f. Sedunensis epis.**

1046, 22 Februarii.

Aimo, Sedunensis episcopus et abbatiae S. Mauritii Agaunensis praepositus, Eremboldo et Deleardo germanis, f. quondam Bozonis,

concedit mansum unum in Agauno, in loco plano et in monte Verolsa, sub redibitione census duodecim denariorum.

Popo presbiter vice Turiberti cancellarii scripsit.

(*M. H. P.* Chart. II, col. 142).

CXXXII. — **Umbertus I et Theobaldus Maurian. epis.**

1046, 14 Junii (Regnante Henrico Imp. VIII).

Humbertus comes et Teobaldus episcopus mauriannensis canonicae S. Johannis Baptistae mauriannensis donant possessiones, justicias et injusticias, quas habent in valle Maura, in primo villario et in secundo, in monte Aimone, in Cuina, in villa S. Remigii, in Agrinole, in castellario et in monte Romesio. Humbertus comes dominicaturam donat, episcopus fenotariam. S. Aimonis nepotis ejus, S. Berillonis, S. Odonis.

(Cibrario et Promis, *Doc.*, pag. 95, hac die: *14 di Giugno 1007 o 1008* Mendose).

CXXXIII. — **Umbertus I.**

Sine loco et anno 1046?

Umbertus comes canonicis S. Mariae et Joannis Baptistae et ad clerum donat bona posita in episcopatu mauriannensi, idest in villis Cuina, Ascalone, Grivotea et in monte Reynerio, et omnia quae Theubaldus episcopus per donationem comitis tenere videbatur, sed medietatem illorum bonorum retinet quandiu vixerit. — S. Aymonis nepotis ejus. S. Berillonis, S. Odonis.

(Guichenon, *Preuves*, pag. 6).

CXXXIV. — **Amedeus I Comes Romae.**

1047, 19 Aprilis.

Henricus III Romae « in die Sancto ipse vicissim cum Agnete regina imperiali nomine et honore est donatus ».

(Lamberti Hersfeldensis (*Schafnnab*) Ann. Pertz, *Scrip.*, Tom. V, pag. 154).

« Hic *(Imperator)* misit pro comite Amedeo ut veniret ad ipsum causa asociandi eum cum iret Romam ad accipiendam coronam. Congre-

gavit comes Amedeus multos nobiles electos et venit ad imperatorem... Et stetit imperator per totum yemen in civitate Veronensi. Transacto frigore equitavit imperator et venit Romam ad summum pontificem coronam capiendam cum grandi comitiva, secum semper ducens Comitem Amedeum, qui secum mansit multo tempore... Et cum diu degisset in Curia, obtinuit licenciam remeandi ad propria, et venit in Secusia. Ibidem stetit multis diebus. Et de Secusia venit in civitate Morianne... »

(Frag. Chron. Lat. in R. Tab. Taurinensi adservatum. *Miscellanea di Storia It.*, Tom. XXII, pag. 307. Mirifice de hoc itinere et cognomine Caudae Amedeo I dato fabulantur *Anciennes Chroniques* gallice exarata, ineunte saeculo XV, a Cabareto. Fragmentum Chron. Lat., Emmanuele Bollatio v. c. iudice, scriptum videtur saeculo decimo quarto; quocirca omnium Chronicorum nostratium vetustissimum habendum est).

CXXXV. — **Aymo Burchardi filius.**

Sine loco et anno.

Aymo constitutus in fine dubio aliquid ex hereditate sua adjicit priscae helemosinae quam genitor ejus, dederat S. Genesio et S. Andreae Viennensi, ubi genitor requiescit, et hoc pro redemptione animae suae, genitricis, Odonis episcopi et Aimonis comitis, ceterorumque consanguineorum suorum. Quapropter donat tres mansos, villam Falzinium, et Sortem in silva quae vocatur Eruxia, ut habitatores Falzinii et S. Genesii eadem silva fruantur. — S. Aimonis, S. Huberti comitis, S. Amedei comitis, S. Aimonis Sedunensis episcopi. Ego Odo marchio recognovi et laudavi.

(U. Chevalier, *Cartulaire de St-André le Bas*, pag. 156 e 212).

CXXXVI. — **Obitus Umberti I comitis.**

1048, 1 Julii.

« Obiit Upertus amicus noster ».

(Necrologium Monast. de Talaveriis, in museo Britannico adservatum. Additiones Ms. 22, 495, *Neus Archiv der Gesellschoff für áltera deustsche Geschichtskunde* Hanovariae, Tom. XI. Savio, *I primi conti di Savoia, p. 7.* Cf. Doc. LXXIX).

CXXXVII. — **Aimo Burchardi et Hermengardae filius.**

Sine anno et loco (1050?),

Aimo filius Burchardi et Ermengardis comitissae ecclesiae S. Genesii, in comitatu Bellicensi, donat ex hereditate sua mansum unum cum appendiciis suis, locum sepulturae patris sui; in villa quae vocatur Jalzinium. Donat etiam condaminam quandam suam. S. Aymonis, qui fidelibus suis impositione manuum corroborari praecepit.

(Chevalier, *Chartularium Monasterii S. Andreae Inferioris Viennae;* pag. 157, Doc. 213).

CXXXVIII. — **Amadeus comes Bellicensis.**

1049, 18 Decemb. Regnante Henrico rege.

Amedeus, comes Bellicensium donat, ecclesiae S. Johannis Baptistae Belliciensis, presbiteris, et clericis ibidem servientibus, mansum canaverii cum suis pertinentiis. — S. Amedei dictissimi comitis.

Aymo rogatus scripsit jussu Teodoberti cancellarii.

(E notula Stefanoti (Dom Estiennot) M. S. n. 265, in Bib. Nat. Parisiensi, n. 124, 125, Cod. *St.-Germain d'Auxerrois. Gallia Christiana,* Tom. XV, Dioec. Bellicensis).

CXXXIX. — **Amadeus I comes Umberti I filius**

Anno . . . . .

« Sepultus fuit in monimento patris sui Umberti in Ecclesia Sancti Johannis *(Mauriannensis)* ».

(Frag. Chron. Lat. Sab. in R. Tab. Taurinensi adservatum. F. E. di St.-Pierre, *Miscell. di St. Italiana,* Tom. XXII, pag. 308. Incertum est quo anno decesserit, sed verisimiliter (ne dicam certo) ante annum MLI).

CXL. — **Umbertus I, Amadeus I, Bonifacius.**

Sine anno. In porticu Eccl. Cath. Mauriannensis.

« Humberto, Amedeo Caudae et Bonifacio Maurianae primum, deinde Sabaudiae comitibus, qui adepta rebus gloriose gestis immor-

talitate, hoc tumulo quiescunt, Canonici Maurianenses... ut ab illis in Ecclesiae et divini cultus augumentum liberaliter erogata agnoscerant, ponendum curaverunt ».

(Carena, *Memorie sulla Casa di Savoia*, ms. in Taurinensi Bib. Regis. Gerbaix-Sonnaz, *Studi storici sul contado di Savoia e Marchesato in Italia*, Doc. B. -- Bonifacius comes hic memoratus, Amadei IV filius, obiit, non admodum grandis natu, die vii Junii mcclxiii).

CXLI. — **Aymo Bellicensis episcopus, Amadei com. f.**

Sine loco et anno (Forte ineunte anno 1050).

Aymo Bellicensis episcopus terram quae sita est in comitatu Bellicensi, et quam pater ejus Amedeus sub nomine praestariae habuerat, ecclesiae S. Johannis Baptistae Bellicensis dimisit.

(E notula Stefanoti, sicuti in n. CXIV).

CXLII. — **Aymo Umberti I f. epis. Sedunensis.**

1050.

Leo IX P. M. immunitates et privilegia monasterii S. Mauritii confirmat, astantibus Petro archidiacono et episcopis Allinardo Lugdunensi, Hugone Visontiensi et Frederico Genevensi et Aimone, qui nunc Sedunensi praeest ecclesiae.

(E Chart. S. Mauritii Agaun. quod in R. Tab. Taurinensi adservatur. *M. H. P.* Chart. II, col. 148).

III.

ODDO COMES ET MARCHIO — ADELAIS COMITISSA
PETRUS I — AMADEUS II

MLI — MXCI

Oddo, Umberti I ultimus genitus, circiter annum MLVI *sibi in matrimonium duxit Adelaidem comitissam Taurinensem, Olderici marchionis filiam et heredem, jam viduatam Hermanno Suevorum ducis et Henrico, Guilelmi marchionis Montisferrati filio; ex quo Umbertini, ditione subalpina locupletati, marchiones in Italia dicti fuerunt. Oddo obiit anno* MLX, *relinquens Petrum I et Amadeum II liberos, qui unus ex altero ei successerunt, nec non et Oddonem, episcopum Astensem, uti fama tenet; praeterea duas filias habuit, Bertam atque Adelaidem. Illa ab Henrico IV imperatore in matrimonium recepta fuit; haec a Rodulfo Sueviae duce et Romanorum rege.*

Petrus I, comes et marchio, in ipso aetatis flore excessit anno MLXXVIII. *Agnetem, Vilielmi III comitis Pictavensis filiam, uxorem habuit, ex qua nata est Agnes, Friderico Montisbeliardi comiti nupta.*

Amadeus II, comes et jure proprio marchio, immatura, aeque ac Petrus I, morte praereptus anno MLXXX, *procreavit Umbertum II, et Adelaidem, Manassi de Coloniaco nuptam. Chronica Sabaudiae gallice conscripta, Amadeum II Joannam, Geroldi II Gebennensis comitis filiam, uxorem habuisse narrant; aequalium testimonia desiderantur.*

Adelais comitissa, primum cum conjugibus, dein cum liberis, postremo sola, per XLVI *ferme annos res publicas gessit; imperiique vitaeque ejus finis idem fuit. Femina aetatis suae decus.*

CXLIII. – **Oddo marchio S. Petro Tarantasiensi.**

1051, Regnante Enrico rege an. duodecimo.

Odo marchio pro remedio patris sui Humberti comitis, et propter animam suam, S. Petro Tarantasiensi ad usum canonicorum donat mansum qui vocatur Villare Berengeri in valle Tarantasia. — S. Odonis. Adam cancellarius scripsit.

(**E R. Tab. Taurinensi,** *Vescovati di Tarantasia*, **Fasc. I, n. 1.** ***M. H. P. Chart.***, **I, col. 572).**

CXLIV. — **Burchardus abbas S. Mauritii.**

1051.

Burcardus abbas S. Mauritii Agaunensis Teoderico et uxori ejus Lictburgae et filiis eorum concedit per praestariam quamdam terram sitam in pago capite lacensi, in loco Alaver. Burcardus firmat per manum advocati Ottonis. S. Martini.

Anselmus vice Tectmari scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 153. Burcardus, hoc anno abbas S. Mauritii, a nonnullis Umberti I comitis filius creditur).

CXLV. — **Aymo de Sab. Sedunensis epis.**

1052, 12 Junii. In Eccl. S. Pauli extra murum urbis.

Anno xiiii regnante Henrico in Burgundia, Aymo Sedunensis episcopus donat S. Mariae Sedun., per manum advocati sui comitis Oudalrici, quasdam, terras juris sui, quas ab avunculo suo, comiti Oudalrico habuit hereditate, et simul dono adquisivit; idest villam Ursariam, sicut Oudalricus de ea vestitus fuit in die mortis suae; duos mansos in eadem Ursaria; mansum in Visone; castellum Pralionis, sicut Oudalricus tenuit atque Aimoni dedit; medietatem potestatis et castelli Agent, sicut Oudalricus vestitus fuit ex integro; et medietatem ipsius castelli, quam non ab Oudalrico, sed ab aliis parentibus suis adquisivit; praeterea quidquid Oudalricus habuit in potestate Suanis, in potestate Sidrus; potestatem Grancirolis, cum servis avunculi sui Oudalrici, sicut ille sibi dederat. — S. Aimonis episcopi per manum Oudalrici comitis, quem advocatum hujus donationis constituit. S. Oudalrici comitis et advocati hujus doni.

Oudalricus presbiter scripsit.

(E Tab. Valerae. Gremaud, *Chartes Sédunoises*, pag. 340-345).

CXLVI. — **Aymo de Sab. Sedunensis episcopus.**

1053, 13 Martii. Ind. vi.

Aniciensis et Vallavensis ecclesiae coetus, communi voto, clerus, populus atque militia eligunt Petrum aniciensis et vallavensis ecclesiae episcopum; ab Henrico Francorum rege electio non confirmatur; mit-

tuntur ad Summum pontificem Romanum Hugo archiepiscopus Bisuntinus, Aymo Sedunensis et Artaldus Gratianopolitanus episcopi. Leo IX P. M. apud Ravennam confirmat Petrum electum, qui deinde apud Ariminum consacratur.

Testes.: Umbertus S. Rufinae card. episc. etc. Aymo Sedunensis, Artaldus Gratianopolitanus episcopi etc.

(Mabillon, *Annales Ordinis S. Benedicti*, vol. IV, Appendix, pag. 742).

CXLVII. — **Aimo de Sab. Sedunensis epis.**

1053, 13 Martii.

Commutatio bonorum. Aimo Sedunensis episcopus donat Uuarnerio et fideli suae Helisanae terram S. Mariae Sedunensis ecclesiae, in comitatu valensi, in loco Caldro, per manum Upoldi ejusdem ecclesiae advocati; et accipit a Vuarnerio terram in eodem comitatu et loco Caldro sesqualteram, quod est tantum et dimidium, sicut mos est et consuetudo terras ecclesiasticas commutantium. S. Aymonis, S. testium.

Hugo vice Durandi cancellarii scripsit.

(E Tab. Valerae. Gremaud, *Documents relatifs à l'Hist. du Vallais*, I, p. 64, Doc. 93).

CXLVIII. — **Obitus Aymonis de Sab Epis. Sedunensis.**

1054, 13 Julii.

« III Idus Julii. Depositio Aymonis episcopi ».

(Necrologium Seduneuse. Gremaud, *Doc. relatifs. à l'Hist. du Vallais*, Tom. I, pag. 66).

CXLIX. — **Hermengardis reginae donatio.**

1057, 24 Junii. Ind. xv. Viennae.

Hermengardis regina eccl. S. Mariae Gratianopolitanae, ubi Artaldus episcopus praeest, donat ecclesiam S. Mariae in Gratianopolitano episcopatu, in loco qui dicitur ad Aquis, et mansum unum in Cambariaco vetere, et alterum in cate in loco Gutta grandis; domum Ebonis in burgo de Cambariaco, et omnia altaria quae rex Rodulfus, maritus ejus, in episcopatu tenuit et regina modo tenet. — S. Hermengardae

reginae. S. Leudegarii archiep. Viennensis, S. Artaldi praeposit. eccl. Viennensis.

Petrus cancellarius eccl. Viennensis scripsit, eodem anno quo mortuus est Heinricus secundus imperator, rege Burgundionum deficiente.

(E Tab. Cam. Comp. Gratianopolit. Chartarium S. Hugonis. CIBRARIO et PROMIS, *Doc.*, p. 81).

CL. — **Amadei comitis Bellicensis et fratrum ejus recordatio.**

1057.

Stephanus X. P. M. monasterii Cluniacensis possessiones, petente Hugone abbate, confirmat, et nominatim cellam vocatam Burgum, quam Amedeus comes dedit Deo, fratribus ejus *faventibus*, Burcardo videlicet atque Odone.

(Bullarium Cluniacense, Lugduni, 1680, p. 15.

CLI. — **Oddo comes et marchio atque Adelais com.**

1057, mense Maio.

Odo et uxor ejus Adalaisis pro remedio animarum suarum et parentum et Manfredi et uxoris ejus Bertae et pro filiis et filiabus eorum etc. clericis S. Laurentii Ulciensis donant ecclesiam dicti S. Laurentii quae vocatur plebs martyrum, ecclesiam S. Justi ulciensis quam cepit aedificare Berta comitissa, et ceteras ecclesias quae sunt constructae in parochiis de Sesana et de Ulcio et de Salabertana, cum decimis, primitiis etc. Hanc donationem Odo et uxor ejus Adalaisa et filii eorum Petrus et Amedeus, et filiae eorum faciunt clericis praedicti loci, idest Girardo, Uldarico, Aicardo, Martino, Lantelmo Walterio, Armanno et Garnerio, aliisque qui modo ibi sunt et futuri erunt. — Oddo marchio donat et firmat. Adalais comitissa firmat.

Giraldus scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 9).

CLII. — **Hermengarda regina.**

1057, 20 Septem. Viennae.

Ermingarda, vidua, regina, uxorq. Rodulfi regis eccl. S. Petri et Pauli Viennensi reddit quasdam vineas, quae olim fuerant de ejusdem

monasterii hereditate, sitas in Ortensi valle. Facta est haec redditio in praesentia Leodegarii archiep. Artaldi praeposito, post mortem Henrici imperatoris, anno primo, Domino regnante et regem expectante.

(CHEVALIER, *Chartularium S. Andreae Inferioris Viennae*, pag. 267, Append. Doc. 561).

CLIII. — **Henricus IV Bertam Oddonis f. despondit.**

Anno 1058.

« Ibique Othonis Marchionis filiam aequivoqui suo filio desponsavit *(Agnes Imperatrix)* ».

(HERMANNI CONTRACTI, *Rer. Franc. Script.*, Tom. III).

CLIV. — **Ermengardis reg. donatio.**

Sine anno et loco.

Ermengardis regina in extremo fine posita, pro redemptione animae senioris sui Rodulfi regis et pro anima sua, donat ecclesiae S. Andreae Viennensis et Iterio abati ecclesiam S. Johannis in Albiniaco et in episcopatu Gratianopolitano.

S. Ermengardis. S. Leudegarii Viennensis archiep. S. Artaldi praepositi. S. Wigoni decani, S. Ricardi presb., S. Otmari.

(CHEVALIER. Chartularium monasterii S. Andreae Inferioris Viennae, pag. 168, Doc. 224).

CLV. — **Obitus Oddonis Marchionis.**

1060, 19 Januarii. Taurini.

« XIV Kal. Feb. Depositio D^ni^ Oddonis Marchionis. »

(Necrologium prioratus S. Andreae Taurinensis *M. H. P.*, Tom. III, *Script.* Col. 195).

CLVI. — **Adelaidis Com. Oddonis viduae, donatio.**

1060, 21 Maii.

Adalais comitissa, f. Oldrigi Magnifredi, vidua quondam Oddonis marchionis, dat altari S Johannis Taurinensis sub titulo S. Trinitatis,

ubi secus pedem altaris requiescit Magnifredus marchio, sedimen situm apud Buriades, pro victu sex presbiterorum et pro anima quondam Oddonis viri sui.

(E Chart. Eccl. Taurinensis. Guichenon, *Preuves*, pag. 14).

CLVII. — **Petrus Damianus Adelaidi com. S.**

Sine anno et loco (1062? 1063?).

Ad Adalaidem ducissam et marchionissam Alpium Cottiarum, Adalaidi excellentissimae duci, Petrus peccator monachus (*S. Petrus Damianus ecc. Rom. presb. card.*).

Quod jam scripsit ad Taurinensem episcopum, scribit nunc ad Adelaidem, nimirum ut clericorum in sua ditione degentium incontinentiam coerceat, eosque concubinas habere nequaquam patiatur; justitiam quoque et pietatem in ecclesias, plurimum ei commendat.

Memorat in ditione ejus, quae in duorum regnorum, Italiae scilicet et Burgundiae porrigitur, non breve confinium, plures episcopari antistites; » Adelaidi ad corrigendum idoneam non deesse virtutem, nec virile robur femineo in pectore; nam ad exemplum Deborae, sine virili regis auxilio, regni pondus sustinet, atque ad eam confluunt qui litibus suis imponere legalis sententiae calculum concupiscunt. Illam hortatur, ut se cum episcopo Taurinensi jungatur ad luxuriae aciem debellandam. Dein addit: « Et quia te novi de iterata conjugii geminatione suspectam, tentatus a Saducaeis dominus de muliere, quae septem fuerat fratribus nupta, cui foret illorum in resurrectione prae ceteris judicanda, sic respondit: in resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli in caelo; nam si multivirae ad regnum Dei nullatenus pertinerent, nequaquam hic veritas responderet « erunt sicut angeli in coelo... ». Et haec loquor, non ut adhibeam multinubis adhuc futuris audaciam, sed ut jam factis spei vel poenitentiae non substraham medicinam... Monasterium praeterea Fructuariense, tamquam vere thalamum Jesu, tuae magis ac magis commendo custodiae... ut per te coelestis ille sponsus tuus in eo suaviter requiescat omnipotens Deus. Te ac tuos regiae scilicet indolis filios benedicat, eoque non modo ad aetatis, sed etiam sanctitatis incrementa perducat ».

(Beati Petri Damiani S. R. E. Cardinalis episcopi Ostiensis opera omnia Parisiis MDCLXIV, Tom. II, pag. 181 et seg. inter Opuscula. Petrum Damianum hac epistola Adelaidem tectis verbis a quartis nuptiis deterrere, summa prorsum doctorum est opinio, quam et ego non ita pridem tenui; nunc vero animus mihi pendet).

CLVIII. — **Eccl. S. Mariae Novariensis et Eccl. S. Gaudentii.**

1062, 20 Octobris Ind. I, In castro Rivaltae.

Adalegia comitissa, f. b. m. Mainfredi marchionis et relicta quondam Odonis, lege vivens Salica ex natione sua, ecclesiae S. Mariae Novariensis et ecclesiae S. Gaudentii donat medietatem cortis et domus coltilis, medietatem castri et capellae S. Stephani in loco et fundo Mosicio et in Carpaneto, et in Vualungo, districtum et teloneum de suprascriptis rebus, cum pertinentiis bonorum etc. — S. Adelegiae comitissae et testium.

Francus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Benefizi, Novara, Fas. 19, n. 1. Muletti, *Memorie di Saluzzo*, *M. H. P.* Chart. I, col. 599).

CLIX. — **Ad Henricum IV Benzo Albensis epis.**

1063??

Unum est, de quo te volo, pater, cautum reddere:
Hadeleidam appella in regali federe,
Voca eam regis matrem, si vis hostem repellere.
Per legatum clama eam magistram concilii,
Dominam atque ductricem communis consilii,
Ut Hegeria dux fuit in causis Pompili.

(Benzonis Albensis epis. ad Henricum IV imp. Pertz, *M. G. H.* XI, p. 646).

CLX. — **Petri I placitum.**

1064, 31 Julii Ind. II. In prato S. Vincentii de Villa Cambiana, iuxta rivum Tapex, in loco qui vocatur prato Bonizonis.

Sub papilione, Placitum Petri marchionis, f. quondam b. m. Odonis marchionis, simul cum Adelheida comitissa matre sua. Aderant cum eo Everardus, Erenzo Burgundio, Gossinus, Paganus wazo, iudices S. Palatii, Cunibertus episcopus Taurinensis, Alricus qui dicitur marchio, et Nitardus, Urso de Roca, Lido de monte Marino et alii. Albertus abbas Fructuariensis monasterii et Bruno advocatus ejusdem monasterii ostendunt quamdam cartam offersionis quae legitur. Et

hanc notitiam pro securitate monasterii Umbertus notarius S. Palatii scripsit ex jussione marchionis. — S. praefati domini marchionis.

Erenzo, judex S. Palatii interfuit.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 22).

CLXI. — **Monasterium Pinarolii.**

1064, 7 Sept. Ind. II. Taurini ante portam de Castro supra portam Secusinam.

Adeligia comitissa, lege vivens salica ex natione sua, ecclesiae S. Mariae constructae in territorio Vici Pinerolii pro anima sua, et Manfredi marchionis genitoris sui et Alrici episcopi barbani et Bertae genitricis et Odonis marchionis viri sui et filiorum, donat duas cortes scilicet Lagnaschi et Miradolii cum omnibus pertinentiis in territorio Pinerolii; peciam de terra sicut detinent coherentiae illius viae, quae est a domo Alamanni usque ad tecta Gualdingi, ad flumen Clusonem, et sicut currit Lemina usque ad Cerretum et usque ad cacumina montium; medietatem partis de Turina, Mala morte, Villare, Villareto, Pinasca Villare, Mentole, Fenestrella, Uxello, Balbotera, Parrera Frasseina, Pratogellata usque ad petram Sestreriam; integras valle S. Martini, Petrosae, Pogio-Odoni, Prato-mollo, Villare Aldini, Paderno, Famolasca; ecclesiam S. Georgii in monte desuper Castro Plautiasca, cum tribus mansis, quorum duo in eadem villa, tertius in Rivalta; tres alios mansos in dicta Plautiasca; alios duos mansos in Ripalta, et vineam indominicatam in ovorio; medietatem terrarum in territorio Taurini ad locum qui nominatur fontana Barbericina, et pratum de Castagneto vetere; tres mansos in villa Carignano; cum portu et teloneo de mercato et piscarea in Barbalongia; mansum unum et res S. Silvestri in Raconisio; medietatem de vico Malo propre villam Rodolfiam et fluvium Varaitae; praeterea donat monasterium S. Martini in insula Gallinaria, medietatem cortis Pradaroli et castri de Portu Mauritio; mansum unum infra villam cohedenae, alium mansum in loco Garexae, tertium mansum infra villam Cevam cum capella S. Andreae cum molendinis, batenderiis etc.; alium mansum in loco Carasonae. Traditio fit per cultellum etc.:

S. Adelaydae comitissae, S. Petri, S. Amedaei, S. Vitallini qui Bruno vice-comes. S. judicum, Everardi, Erenzonis et Burgundi; S. Adalrici, de Padeono, Vulfredi de Cimena, Adam de Sancto Stephano, Enrici qui vocatur marchio, Rebuldi de Fibbina, Eremberti de Villa nova.

Adam notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *M. H. P.* Chart. I, col. 607).

CLXII. — **Adelaidi Com. Benzo Albensis epis.**

1064 ?

Duci A. domnae superdomnae Benzo fidelis et superfidelis... A pueritia... mi domna, opus Dei operaris, idcirco, favente Deo, post regem Italiae dominaberis... Secretum meum michi, tibi et illi; non addas quartam personam trinitati.

Domnae Adelegidae, cujus prima medietas nominis est genitivus, sive dativus vocabuli primi hominis. frater Benzo:

Nomen tuum nomen bonum
Nomen tuum Dei donum.

Non omnes sapiunt verbum istud, sed quibus datum est... Quid est enim Adelegida, nisi « Da legi Adae filios ? » Hoc est dicere: « Esto datrix legis etc.

Ut Spiritui Sancto, qui te perlegit, non sis contraria, te rogamus, audi nos.

Ut regi subvenias, te rogamus, audi nos.

Ut clericis et laicis subvenias, te rogamus, audi nos.

Ut omnibus Christianis subvenias, te rogamus, audi nos.

Ut pereunti mundo subvenias, te regamus, audi nos.

Oremus. Famulam tuam Adelegidam, quam elegisti ab initio, conserva, queso, Domine, in tuo servitio, ut per eam, te duce, fiat pax in ecclesiis tuis, ad perpetuum gaudium hamanae salutis per Dominum nostrum.

Dic ergo, o Domna, sicut Maria ad Angelum: Ecce ancilla Domini, fiat michi secundum verbum tuum. »

(Benzonis *Albensis epis. ad Heinricum IV Imp.* Pertz, *M. G. H.*, Tom. XI, pag. 654, 655).

CLXIII. — **Immula Ekberto marchioni secundo nupta.**

Anno .....

Immula seu Irmengardis, soror Adelaidis Comitissae, post mortem Ottonis de Suinvorde, cum Ekberto Marchione seniore de Bruneswic secundas nuptias contrahit.

(Annal. Saxo., qui annum non signat. Pertz, *M. G. H.*, IV, Script., pag. 695).

CLXIV. — **Berta comitissa Teotonis relicta.**

1064, 31 Augusti. Ind. II. Infra Castrum de Aste.

Berta comitissa filia quondam Maginfredi et item Maginfredus et Anselmus, Bonifacius, Oto clericus *(Alricus?)* germani et filii quondam teto itemque marchionis, mater et filii, lege viventes salica, monasterio S. Sili prope Januam donant capellam S. Michaelis et alia bona in territorio Caloxii. Traditio fit per cultellum etc. S. manuum infrascriptorum matris et filii, S. testium.

Stefanus notarius S. Palatii scripsit.

(*Atti della Società ligure di Storia patria*, Vol. II, pag. 1, *Cartario Genovese*, Doc. CXXXIII, pag. 169, Genova 1870, ubi nomina filiorum Bertae, excepto Maginfredo, desiderantur. Ex autog. restituit C. DESIMONI, in *Giornale Ligustico* anno 1875).

CLXV. — **Berta comitissa cum filiis.**

1065, 22 Aprilis, Ind. v. Astae.

Berta comitissa et Manfredus, Bonifacius et Anselmus marchiones et Henricus et Oto germani, mater et filii, lege viventes salica ex natione sua, donant ecclesiae S. Mariae de episcopatu Astensi quatuor curtes cum castris et capellis in Castagnolis et Laureto et Montaldo atque Rocha de Flexie. Traditio fit per cultellum etc. S. Bertae comitissae, Manfredi, Bonifacii, Guilelmi et Otto Alricus.

Benzo notarius scripsit.

(*Codex Astensis qui de Malabayla nuncupatur,* Vol. II, pag. 118, Doc. 52).

CLXVI. — **Adelaidis Com. eccl. Astensi donatio.**

1065, 14 Mai. Ind. III. Almesso.

Addalasia comitissa f. quondam Magifredi marchionis etc. episcopio Astensis ecclesiae ubi Girelmus praeesse videtur, donat castra, capellas et sedimina, quae sibi advenerunt ex parte Magni et filiorum ejus; videlicet capellam S. Stephani infra castrum S. Stephani, aliam capellam S. Silvestri infra castrum Canallis, et omnes res in valle Bladinascha, in villa S. Michaelis cum capella, in Vetroni, in Vezano cum capella S. Georgii quae est in novelle, in valle Godoni, Loretto, Carregnano, in valle plana, in Cuni, Ceredallo, Ceretto et in Predarolo

cum castro: quae sunt in totum jugera tercenta. — S. Addalasiae comitissae, Bruno, vice comes. Rodulfus vice dominus, testes etc.

Benito notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis. *M. H. P.* Chart. I, col. 609).

CLXVII. — **Enricus IV nuptias cum Berta celebrat.**

1067, Triburiae.

« Heinricus rex Bertam, filiam Ottonis Marchionis de Italia et Adeleidis, quae soror erat... comitis qui agnominatus est de Monte Bardonis in Italia et Immulae seu Irmingardis, quam post mortem Ottonis duci de Suinvorde Ekbertus marchio senior de Brunswic, uxorem tunc habebat, ducens, nuptias Triburiae celebravit. »

(Ann. Saxo, Apud. Pertz, *M. G. H. Script.* Tom. VI, p. 695, Loc. cit.).

« Rex nuptias in Triburia regio apparatu celebravit in conjunctione Bertae reginae, filiae Ottonis marchionis Italorum.

(Lambertus Hersfeldensis (Schafnabergensis). Pertz, *M. G. H. Script.*, Tom. V).

CLXVIII. — **Burchardus Abbas S. Mauritii Agaun.**

1068, 10 Julii, die Sabato, Agauni.

Burchardus Agaunensis abbatiae abbas et Anselmus praepositus. Ottoni S. Mauritii advocato, Eldegardi uxori ejus et filiis eorum donat per praestariam villam Altalenges cum Ecclesia S. Mariae, in episcopatu Lausannense in Comitatu Clualdense; et accipiunt duos mansos in villa quae dicitur Altignei etc.

Anselmus diaconus rogatus a Ticmara Cancellario scripsit, dictante Wilemo.

(E Tab. Civit. Lausannae. Cibrario et Promis, Doc. pag. 84).

CLXIX. — **Monasterium S. Petri Taurinensis.**

1068, 8 Octobris. Ind. vii. Taurini.

Adeleida comitissa f. quondam Odelrici Maeginfredi marchionis etc. monasterio S. Petri quod dicitur Vetus, in civitate Taurini, ubi domina Berta abbatissa ordinata est, donat capellam S. Mariae in vico Scarnaficio cum decimis ejusdem loci. Traditio fit per cultellum etc. —

S. Petri marchionis testis, S. Adelaide comitissae, S. Aldrici de Verzolio. Bruno vice comes etc.

Joannes notarius S. Palatii scripsit.

(MULETTI, *Memorie di Saluzzo*, Vol. I, p. 280 e M. S. eccl. Cath. Saluttiensis).

CLXX. — **De domo Sabaudiae**.

1070. Maguntiae.

In concilio, ubi de repudio Bertae Imp. agebatur, Petrus Damianus Alexandri II P. M. legatus, Henricum IV monuit, « ne parentibus reginae causam defectionis et justam turbandae reipublicae occasionem daret: qui, si viri essent, cum armis et opibus plurimum possent, tantam filiae suae contumeliam procul dubio insigni aliquo facinore expiaturi essent ».

(LAMBERTUS HERSFELDENSIS apud. PERTZ, Tom. V).

CLXXI. — **Reliquiarum occulta ablatio**.

1070.

« Anno, Archiepiscopus Coloniensis, Roma revertens praecibus exegit ab Adelheida, tunc Alpium cottiarum marchionissa, quatenus Thebaeae legionis reliquias ejus auctoritatis jussu mereretur ab Agaunensibus; suae quippe ditioni locus cedebat. Quo perveniens. . donis et promissionibus ad voluntatem suam flexum habens sacrarum aedium custodem remotis aliarum personarum impedimentis in secreto noctis, paucis suorum admissis, ecclesiam ingressus est, ubi sacratissimum beati Martyris Innocentii corpus una cum capite S. Vitalis reverenter extulit, et. . profectionem maturius imperavit... Moenia Sigebevegensis coenobii contingens, sanctorum reliquiarum thesaurum auro preciosiorem. . illuc intulit. . ab incarnatione dom. post. 1069um anno septuagesimo vertente ».

(Vita ANNONIS, Archiep. Coloniensis; PERTZ, *M.G.H. Script.* Tom. XI, 480.

CLXXII. — **Civitas Astensis**.

1070, 23 Aprilis.

« Anno Domini MLXX, VIIII Kal. Madij civitas Astensis capta fuit a comitissa Alaxia. »

(OGGERII ALFERII Cronica Civitatis Astensis, in Cod. Astensi De Malabayla).

CLXXIII. — **Adelais, Petrus I, Amadeus II. Moneta Viennensis.**

30 Novembris, Feria IV, Luna XVI. Anno...
(post annum diem 1060, ante annum XII, Junii MLXX).

Notitia viennensis monetae, quae facta est inter Leudegarium Viennensem archiepiscopum et Adelaidam marchionissam cum filiis suis. Tempore Oddonis marchionis viri Adelaidae quidam falsarii in burgo Acquabella illam monetam corrupuerunt, ignorante supradicto marchione, qui praecepit ne amplius fieret, neque facta est, eo vivente. Sed post mortem ejus alii latrones iterum eam falsaverunt, quousque archiepiscopus Leudegarius venit in Italiam ad marchionissam Adelaidam. Quae similiter, ne amplius fieret, praecepit. Tamen, ut omnibus notum fiat, Trapezita a domino Leone papa excomunicatus, paralysi percussus membris omnibus dissolutus impiam vitam digna morte finivit. Modo autem, ignorante marchionissa, alii falsari exorti sunt: sed, mediantibus Adrado Bremettensium abbate et Artaldo ecclesiae Viennensis praeposito, Adelaida, cum filiis suis Petro et Amedeo et Oddone, promisit in manu Laudegarii archiepiscopi, ne moneta amplius falsetur, neque fiat vera neque falsa, illa excepta quae in Vienna fuerit facta. Hoc laudant et confirmant filii ejus Petrus primogenitus, Amedeus et Oddo; laudant Adradus abbas Bremettensis et Artaldus praepositus viennensis.

Data per manus Bosonis ad vicem cancellarii et primiscrinii XI Kal. Dec. lunae XVI feria IV, Henrico rege nondum imperatore, Caesaris et imperatoris filio, marchionissae genero.

(ACHERII, Spicilegium etc. Tom. III, pag. 393. Parisiis, 1723. Vide SAVIO, *I primi conti di Savoia*, pag. 7).

CLXXIV. — **Monasterium Caramaniae.**

1072, 17 Aprilis. Ind. x. Carmaniolae, in domo Monasterii eccl. Caburensis.

Adeligia comitissa, f. quondam Maginfredi marchionis, lege vivens salica etc., monasterio S. Mariae in vico Caramagnae sub regimine Elizabet abbatissae donat cuncta sedimina cum aedificiis quae a Benedicto et Premene tenentur, in territorio Carmaniolae, et in episcopatu et Taurinensi comitatu atque in Italico regno, excepto uno manso, quem Piwertus tenet. Traditio fit per cultellum etc. — S. Adalegiae comitissae. S. Witelmi vice comitis et aliorum.

Petrus notarius S. Palatii scripsit.

(MULETTI, *Memorie di Saluzzo*, Vol. I, p. 232. E Tab. eccl. Cath. Salutiensis).

CLXXV. — **Monasterium Ulciense.**

1078, 21 Mai. Secusiae.

Adalaida comitissa f. etc. et relicta Otonis comitis, ecclesiae Ulciensi S. Laurentii de plebe martyrum donat braydam quae apud Urbianum est, et teloneum portae et pascua, consulentibus atque laudantibus filiis ejus Amedeo et Petro. Testes: Bruno vicecomes, Constantius gastaldio, Drodo de Aviliana, et alii.

(Chartarium Ulciense, Chart. XCV, pag. 94).

CLXXVI. — **Gregorius VII. Adeletae et Amadeus.**

1074, 2 Februarii Ind. XII.

Gregorius VII P. M. Guillelmum Burgundionum comitem qui Alexandro antecessori suo ante corpus apostolorum principis Petri, una cum aliis proceribus se obligaverat res S. Petri defendere hortatur, ut Romanae ecclesiae libertati cum exercitu suo succurrat; de hoc quoque comitem S. Egidii, ac socerum Riccardi, Capuani principis et Amideum filium Adelettae, ceterosque S. Petri fideles qui similiter manibus ad coelum extensis Romanae Ecclesiae libertatem tueri promiserat, admoneat, ut, pacatis Normannis, auxilium Constantinopolitanis ferre possit.

(Ex epist. Gregorii VII, lib. I, ep. 37. In Conciliorum Tom. XXVI, pag. 67. Plerique credunt *Amideum filium Andellette* et Amadeum II comitem, filium Oddonis marchionis et Adelaidis comitissae Taurinensis, eumdem et unum esse).

CLXXVII. — **Immillae monast. Caramaniae donatio.**

1074, 24 Februarii, Ind. XII.

Imilia, filia quondam Magnifredi marchionis, lege vivens salica ex natione sua, monasterio S. Mariae Caramagnensis donat mansos duos cum casis, sediminibus etc. in territorio Summarivae. Traditio fit per cultellum etc. — S. Imiliae et testium.

Petrus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di Caramagna*, Fas. I. *M. H. P.* Chart. I, col. 686).

CLXXVIII. — **Ecclesiae Repellensis donatio.**

1075, mense Majo. Ind. XIII. Repellis.

Adelaida comitissa f. quondam Manfredi marchionis S. Mariae et S. Joannis Repellensis et Gargano presbitero donationem capellae quae sita est Repelli, ad pedem montis Brac, a Manfredo patre suo factam, ut ibi septem sacerdotes Deo servire deberent, confirmat; praeterea donat decimas totius territorii Repellensis, omnes census dominii, qui nominatim designantur, omnes decimas nemoris Staphardae, et fodrum imperiale, idest comestiones, albergarias, fornum, paleam etc. Insuper donat duos mansos, alterum ad S. Frontinianum, alterum in Villanova, quem filius Ariberti vicecomitis possedit, et totam terram inter Padum et Borundam, subter viam a vado padi usque Brundam, quae via est secus ecclesiam S. Mariae de Phardesana. Denique Gargano sacerdoti et successoribus ejus et huic capellaniae, a Thaner fluvio per totum Oiradum, Adelaidam favisse, scripto memoriae commendare praecipit.

S. Adelaidae. Anselmus vicecomes, Ot-Oca vicecomes de Baratonia, Albertus de Venasca, W. Unguer, Ot de Moroz etc. p. de Venator, Maschera de Racunis etc.

Brunus scotus palatinus notarius scripsit.

(**Chartarium Ulciense, Chart. XC, pag. 85**).

CLXXIX. — **Monasterium Pinarolii.**

1075, 21 Julii Ind. XIII. Pinarolii.

Adalascia comitissa f. quondam Maginfredi marchionis etc., lege vivens salica, monasterio S. Mariae, constructo in vico Pinariolo, in loco qui dicitur S. Verani, cui praeest Aginulfus abbas, donat mansum ad medietatem, situm in vico Pinariolo; medietatem de mercato uno costructo in vico Pinariolo circa ecclesiam S. Donati cum teloneo, omni reddibitione, censu etc. Traditio fit per cultellum etc. — S. Adalaxiae et testium.

Joannes notarius et judex scripsit.

(**E R. Tab. Taurinensi**, ***Abbazia di Pinerolo***, **Fascic. I, n. 1.** ***M. H. P.*** **Chart. I, col. 645**).

CLXXX. — **Notitia Adelaidis, Amadei II, et Henrici IV imp.**

1076.

« Quum in locum, qui Cinis (?) dicitur, venisset *(Henricus IV imp.)* obviam habuit socrum suam *(Adelaidem comitissam)*, filiumque ejus Amedeum nomine, quorum in illis regionibus et auctoritas clarissima et possessiones amplissimae, et nomen celeberrimum erat... Aegre tandem impetratus est, ut provinciam quandam Burgundiae, bonis omnibus locupletissimam, concedendi transitus mercedem dignarentur recipere. »

(Lambertus HERSFELDENSIS (Schafnaburgensis). Apud PERTZ, Tom. V, p. 255).

CLXXXI. — **Monasterium Fructuariense.**

7 Dec. Ind. XII. Seciae.

Gregorius VII P. M curae et defensioni Adelaidae comitissae Fructuariense coenobium et Clusinum monasterium commendat.

(Epist. Gregorii VII, lib. I, epist. 87).

CLXXXII. — **Gregorius VII. Monast. Pinarolii.**

Laterani.

Gregorius VII P. M. monasterio S. Mariae in Pinarolo, cui praeest Arnulphus abbas, interpellante carissima S. Petri filia comitissa Adelayda cum filiis suis, quae venerabilem locum ex propriis facultatibus fundavit, privilegio apostolicae auctoritatis sancit, ejusque bona confirmat et regulas electionis abbatum statuit.

Datum per manum Petri S. R. eccl. presbyteri cardinalis.

(E Tab. monasterii Pinarolensis. GUICHENON, *Preuves*, pag. 16).

CLXXXIII. — **Henricus IV et Berta regina Alpes transeunt.**

1077.

« Cum in verticem montis *(Cinisii?)* evasissent *(Henricus et Berta)*, nulla ulterius progrediendi copia erat, eo quod praeceps Montis latus et glaciali frigore lubricum omnem penitus decessum negare videretur. Ibi... nunc manibus, nunc pedibus reptando, nunc ductorum suorum

humeris innitendo, interdum quoque, titubante per lubricum gressu. cadendo et longius volutando, vix tandem aliquando cum gravi salutis suae periculo ad campestria pervenerunt. Reginam et alias, quae in obsequio ejus erant mulieres, boum coriis impositas, duces itineris conductu praeeuntes, deorsum trahebant ».

(LAMBERTI HERSFELDENSIS Annales. PERTZ, *M. G. H. Script.*, Tom. V, p. 256).

CLXXXIV. — **Canossa.**

1077, mense Februario.

« Rex Heinricus Mathildam comitissam ad colloquium evocavit, eamque precibus ac promissionibus oneratam ad papam transmisit, et cum ea socrum suam filiumque ejus *(Adelaidem Comitissam et Amedeum II)*, Azzonem etiam marchionem et abbatem Cluniacensem et alios nonnullos ex primis Italiae principibus... obsecrans ut excommunicatione absolventur... Venit ille, ut jussum fuerat... deposito cultu regio... nudis pedibus, jejunus a mane usque ad vesperam prostabat. Hoc secundo, hoc tercio die fecit. Quarto demum die... excommunicatione absolutus est ».

(LAMBERTI Hersfeldensis Annales. PERTZ, *M. G. H. Script.* V, pag. 258-59).

CLXXXV. — **Immilla ducissa.**

1077, 8 mensis Sept. Ind. xv. Taurini.

Immilla ducissa vocata, filia quondam Adelrico Maginfredi marchionis, lege vivens salica, ecclesiae basilicae S. Petri in Muxinasco donat omnes res juris sui in Muxinasco, Gavenno et ultra fluvium Tanarum in Bozolasco, Sommanno, Turrixella, Rodino, Bucignano. Traditio fit per cultellum etc. — S. Immillae. S. Vuilielmi et Widonis marchionis, seu Amadei de loco serra longa, lege viventes salica, testes. S. Bruno vicecom.

Joannes notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Civ. Pinarolii. *M. H. P.* Chart. I, col. 655).

CLXXXVI. — **Petrus marchio et Cunibertus epis. Taurinensis.**

Anno 1077, 1078?

Chunibertus... cum Petro marchione coniurat... et ecce uterque multo milite stipatus ad sanctum locum *(Monasterium S. Michaelis*

Clusonis) properat portae effringuntur, famulo dei Benedicto *(abbati)*, ut quam cito exeat, imperatur.... Nec multo post Cunibertus ille.... marchionem adit, eumque.... quod Benedictum non pepulerit, perjurii arguit.... Venitur ergo quantocius ad monasterium, pellitur pater Benedictus ».

(Ven. Benedicti vita S. Mich. Clusini abbatis. *M. H. P. Scrip.* III. cel. 290).

CLXXXVII. — **Adelais Comitissa Mathildis Comitissa.**

1077?, 1082?.

Peciit filium regem domna Adeleida:
Inter regem et Mathildem fieri vult media.
Ipsa quidem se et sua dabit regi filio,
Ut sit frequens ceu Martha in regis consilio
Et Hegeria secunda recenti Pompilio.

(Benzonis *Albensis epis. ad Henricum IV Imp.* Lib. IV. Pertz, *M. G. H.* Tom. XI, p. 668).

CLXXXVIII. — **Obitus Immillae comitissae, ducissae et monachae.**

1078, 21 Januarii. Taurini.

« xii Kal. Feb. Ob. Immillae comitissae monachae. »

(Necrologium prioratus S. Andreae Taurinensis. *M. H. P. Script.*, Tom. III, col. 195).

CLXXXIX. — **Adelais, Petrus I, Amadeus II. Monast. Novaliciense.**

1078, 16 Julii Ind. i. Secusiae.

Adalaida comitissa f. quondam Odolrici Magnifredi, cum filiis suis Petro et Amedeo, pro remedio animae suae et mariti Oddonis, donat monasterio S. Petri de Novalicio mansum in Galione, villam Camarleti et burgum de Novalicio cum omnibus pertinentiis ex utraque parte vallis usque ad planiciem montis Cenisii, proibens ne ab hominibus Novalicii et de Venale apud Secusiam aliquid pro peagio exigatur. Iterum donat duas partes de Castadio et de omni districto a petra scripta usque ad verticem montis et usque ad aquam fluvii Ciniscle, et de domo eleemosinaria montis Cenisii, et alpem Claraine cum suis mutandis, et alpem Margerie et alpem Claperii, cum pratis, pa-

scuis etc. et cum jure et districto strate ex dono Karoli imp. a termino Lestadii ad majorem locum montis Cenisii; et usque ad fontem varcinescam. Comitissa annulo suo donationem signat. — S. Hingonis episcopi Astensis. Bruno vice comes. Robadus de Manciano. Tebaldus de Serra lonca etc.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di Novalesa*. **Fas. I, n. 24. Passim edita; denuo in *M. H. P.* Chart. I, col. 657. Charta non sine interpolationum suspicione**).

CXC. — **Concordia inter Petrum I et Ingonem Epis. Ast.**

Anno . . . . .

Petrus marchio et Ingo episcopus Astensis remittunt contentionem de la Vicia.

(Charta deperdita. Memoratur in donatione Ecclesiae S. Mariae Astensis ab Adelaide et duabus Agnetis facta 18 Junii 1089).

CXCI. — **Adelais. Monast. Pinarolii.**

1078. Actum Taurini.

Adeleida comitissa, f. quondam Magnifredi marchionis, monasterio S. Mariae Pinerolii pro anima sua et Magnifredi patris et quondam Immillae germanae suae et q. Alrici episcopi etc. dat medietatem de Portis Turinae, Malamorte, Villare et Prata Gelata usque ad petram Sexteram. — S. Adelaidae. S. Valfredi de Raconicio, Oddonis de Casellis etc.

Johannes notarius scripsit.

(Guichenon, *Preuves*, I, p. 17).

CXCII. — **Monasterium S. Eusebii Salutiarum.**

1078, Ind. i. In loco Romanisio.

Alegida comitissa f. Mainfredi marchionis dat monasterio S. Eusebii de Salutiis clausum unum cum sediminibus, aedificiis etc. in loco Salutiae. Jacet prope destructum castrum praedicti loci. Praeterea donat tres pecias terrae, quae jacent in loco Cellareto, et in una est edificata ecclesia S. Eusebii. Traditio fit per cultellum etc. — S. Adlegide, et testium.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. episcop. Salutiensi. Muletti, *Memorie di Saluzzo*, vol. I, p. 247).

CXCIII. — **Adelais. Monast. in Caburro.**

1078, 5 Junii. Ind. I. Pinarolii.

Adalegida comitissa f. q. Magnifredi marchionis, lege vivens salica, monasterio S. Mariae in Caburo, cui praeest Marinus abbas, dat mansos duos in Pinerolio et in ejus territorio positos; tres mansos in loco Bagnolo; cortem unam quae dicitur Roncalia; atque concedit potestatem boscandi in territorio curtis de Fontanilio, in bosco Stapharda. Praeterea dat quasdam res in territorio Salucie, idest peciam unam de boscho in loco Cellareto. Traditio fit per cultellum etc. — S. Adelegide comitissae et testium.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(MULETTI, *Memorie di Saluzzo,* vol. I, p. 250).

CXCIV. — **Adelais, Petrus I, Amadeus II. Monast. Novalicience.**

1078, (?) 1063 (?) 1089 16 Julii Ind. I Epacta IV. Secusiae in castro.

Anno millesimo tricesimo nono (?) Indict. prima (?), epacta quarta, XVII Kal. Augusti: Adeleida comitissa f. q. Odolrici Magnifredi cum filiis suis Petro et Amedeo, pro remedio parentum et mariti sui Oddonis, monasterio S. Petri de Novalicio dat mansum quod est in Gallione, quod colit Martinus cognomine Brunus, exceptis rebus quae abbatiae S. Justi datae fuerunt. Confirmat ibi alium mansum et villam Camarleti, et burgum Novalicium et Venale apud Secusiam, et duas partes de Lostadio a Petra stricta usque ad verticem montis et aquam fluvii Ciniscle, et domum eleemosinariam montis Cinisii, alpes Claraniae, Margeriae et Claperii, omniaque monasterii bona — Comitissa chartam annulo suo signat. Ingo episcopus Astensis. Bruno vice comes, Robadus de Manciano, Tedaldus de Serra lonca.

(E vetere exemplo quod in R. Tab. Taurinensi adservatur, Abbazia della Novalesa, Fasc. I, n. 24, *M. H. P.* Chart. I, col. 657. Manifestum est mendum in anno « MXXXIX, » quo anno neque Adelais Oddonis uxor, nec ejus vidua erat, neque Ingo, qui chartae subscripsit, pontificatum Astensem adhuc adeptus erat; denique Indictio VII vertebat. Indictio I ad annum MLXXVIII vel MLXIII revocat. Sed anno MLXXVIII Adelaidem, Petrum I et Amadeum II eadem die (16 Iulii) binas donationes eidem monasterio fecisse (V. Doc. CLXXXIII) parum probatur; quocirca charta ad annum MLXIII fortasse referenda est).

CXCV. — **Petrus I Marchio.**

« Petrus autem Marchio pro eo quod Sanctum locum violavit, nec non virum Deo plenum sua temeritate contristavit post trium mensium spatium angelica, ut credimus, ultione percussus, vitam male finivit... Cunibertus quoque super nequitiae suae ausibus non diu gloriatus est ».

(Venerabilis Benedicti Clusensis vita auctore Willelmo Monaco. *M. H. P. Script.* III, col. 291).

CXCVI. — **Obitus Petri I Marchionis.**

1078, 9 Augusti.

« D. Petrus Malchio (*sic*) qui dedit Canonice mansos III et capellam S. Iohannis in Covaciis et vineam. »

(Necrologium Salvatoris, quod adservatur Taurini in Bib. Regis. SAVIO, *I primi Conti di Savoia*, pag. 9).

« III Kalendas Iulii obiit Petrus nostrae Congregationis Marchio ».

(Necrol. Monast. Ss. Solutoris, Adventoris et Octavii. *M. H. P.* Script. Tom. III, col 222. Dies 29 Junii mendosa, si obitum Petri I Marchionis designat; hic enim die 16 Julii erat in vivis).

CXCVII. — **Adelais. Monast. Pinerolii.**

1078, 26 Octobris Ind. II. Pinerolii.

Adalegida, comitissa et f. Magnifredi marchionis, lege vivens salica ex natione sua, monasterio S. Mariae Pinerolii prope ecclesiam S. Verani dat medietatem curiae Pinerolii cum medietate castri et ejus munitionibus, domibus, terris etc., et ecclesias, capellas infra territorium ipsius curiae. — S. Adalegidae comitissae. Cunibertus episcopus Taurinensis confirmat.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Civit. Pinerolii, Cat. I, Fasc. I, n. 3. *M. H. P.* Chart. I, col. 658).

CXCVIII. — **Agnes relicta Petri I.**

1078, 26 Octobris. Ind. II. Pinerolii.

Agnes filia q. Guillelmi Pictavensis comitis et relicta olim nobilissimi marchionis Petri, lege vivens salica ex natione sua, monasterio

S. Mariae Pinerolii, prope ecclesiam S. Verani, cui praeest Arduinus abbas, pro remedio animae suae et praedicti viri sui, donat medietatem cortis Pinarolii, cum mediate castri et munitionum, cum ecclesiis, titulis. capellis in territorio ipsius Curiae, domibus, sediminibus, areis, baptaleriis, fullatoriis, molendinis, teloneis, alpibus etc. Traditio fit per cultellum etc. — S. Agnetis Pictavensis et testium. Cunibertus episcopus Taurinensis donum ecclesiarum S. Donati et S. Mauritii laudavit et confirmavit.

Gisalbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 28).

CXCIX. — **Adelais. Monast. S. Solutoris.**

1079, 4 mensis Julii. Ind. II. Taurini.

Adelagida comitissa f. q. Magnifredi marchionis et relicta q. Oddonis itemque marchionis, monasterio Ss. Solutoris, Adventoris et Octavii, in manu Oberti abbatis, donat medietatem de curte quae vocatur Calpix et medietatem curtis Coevaciae, de qua Adalricus Astensis episcopus, patruus, et Berta comitissa, mater ipsius Adelagidae, fecerant cartam offersionis. Et hoc pro remedio q. Magnifredi marchionis, q. Aldarici episcopi, q. Bertae comitissae, et Petri marchionis filii sui.

Hujus rei testes fuerunt domina Agnetis comitissa filia q. Wilielmi comitis et relicta q. Petri marchionis; Albertus epis. Aquensis; Wido marchio qui dicitur de Seciago; Erenzo, judex; Bruno de Morocio; Henrici de Barono; Ansaldi de Pulingaria. Actum per croculam Oberti abbatis, in camera juxta capellam ipsius abbatis.

Aldeprandus qui Bello est vocatus, notarius S. Palacii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Abbazia di Sangano*, Fasc. I, n. 1. MULETTI, *Memorie di Saluzzo*, vol. I, pag. 256).

CC. — **Obitus Amadei II comitis.**

1080, 26 Januarii, Taurini.

« VII kal. Feb. Ob. comes Amedeus de Sabaudia. Legavit.... pro una missa quotidiana. Requiescat in pace.

(Necrol. prioratus S. Andreae Taurinensis. *M. H. P. Script.* Tom. III, col. 195).

CCI. — **Monast. Ss. Solutoris, Adventoris ed Octavii.**

1080, 8 Martii. Ind. III, Taurini.

Adalegida dei nutu comitissa f. q. Manfredi marchionis, lege vivens salica ex natione sua, monasterio Ss. Solutoris, Adventoris et. Octavii cui praeest Obertus abbas, pro mercede q. Manfredi marchionis, q. Bertae comitissae, patris et matris suae, et q. Petri marchionis et quondam Amedei comitis filii sui, donat medietatem de corte Calpix. Traditio fit per cultellum, etc. S. Adelegidae comitissae. S. Domini Frederici comitis; Henrici et Amedei, et aliorum.

Leo qui vocatur Bonus, notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi Guichenon. *Preuves* pag. 21).

CCII. — **Ecclesia S. Mariae Secusiensis.**

1080, 10 Martii. Ind. III. Taurini, in castro supra portam Secusinam.

Adalegida comitissa f. q. Maginfredi marchionis pro remedio animae suae et Maginfredi marchionis et Bertae comitissae etc. per croculam quam sua tenet manu, dat investituram canonicae S. Mariae infra civitatem Secusiae, per manum Constantii presbyteri, de omni decima civitatis et territorio Secusiae, de vico Sille, de vico Matico, cum omnibus ecclesiis, et de ecclesia S. Desiderii cum duobus mansis. — S. Adalegidae comitissae.

Hujus rei testes fuerunt dominus Erenzo vice comes Taurinensis, dominus Paganus vice comes Auriatensis, dominus Masinus abbas Cavonensis, Anricus de civitate Papiae, et Constantinus Castaldio Secusiae.

Aldeprandus qui Bello vocatur, notarius S. Palatii scripsit.

(Chartarium Ulciense, Doc. 94, p. 92).

CCIII. — **Fridericus de Montebeliardo marchio.**

1080, Taurini.

Controversia inter Fructuariensem et Divionensem abbatem super Fructuariense monasterium componitur, consensu et assensu Hermanni S. R. E. cardinalis, Hugonis episcopi Dioecesis, atque intervenientibus

episcopis Gratianopolitano, Sedunensi et Moriannensi, comitissa Adeleidae, et ejus nuru et marchione Frederico.

Hermannus S. R. E. Card. vice domni apostolici Breve fieri jussit et firmavit.

(E Chart. Fructuariensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 19).

CCIV. — **De Friderico Montisbeliardi comite.**

. . . .

« Hic autem comes (*Fridericus*) sub habitu seculari more Sancti Sebastiani strenuissimus Christi miles fuit, videlicet ecclesiasticae religionis ferventissimus amator et catholicae pacis indefessus propugnator. Hunc venerabilis papa Gregorius (VII), hunc beatus Anshelmus Lucensis episcopus quasi unicum filium amaverunt ».

(BERNOLDI (*Constantiniensis*) Chronicon. PERTZ, *M. G. H. Script.* Tom. V, pag. 454).

CCV. — **Adelais. Monast. Pinerolii.**

1081, 16 Maii. Ind. IV. Caramaniae.

Adelaida Dei providentia comitissa f. q. Magnifredi marchionis, lege vivens salica ex natione sua, monasterio S. Mariae de Pinarolo, cui praeest Arduinus abbas, donat sedimen cum vinea in villa Saluciae. Traditio fit per cultellum etc. — S. Adelaidae comitissae et testium.

Giselbertus notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Civ. Pinerolii, Cat. I, n. 8. MULETTI, *Memorie di Saluzzo*. Tom. I, pag. 262).

CCVI. — **Adelais et Agnes comitissae. Monast. Pinerolii.**

Sine loco et anno. 26 Februarii.

Investituram sive oblationem Pineroliensi monasterio fecerunt Adelaida et Agnes comitissae VII Kal. Feb. de duobus manaliis positis in Saluciensi villa. Interfuerunt testes, D. Mauritius ... venerandi episcopi, nec non et Rogerius, Aruinus, milites, et Rambertus vice comes.

(GUICHENON, *Preuves*, pag. 19).

CCVII. — **Adelais comit. et Benedictus abbas S. Michaelis, Romae.**

1081 (?)

Benedictus ad Casinum montem properans, iussu Henrici IV *interceptus in capitis dimicationem erat adductus;*

« Sed..... affuit illi praesidio Adaleidis Marchisia, mulier in Dei rebus tunc bene devota, et in rerum administratione constantissima, de cuius morte multa facta praeda nostra usque hodie gemuit patria. Haec itaque, quoniam apud regem tunc temporis multum poterat, constanter ad eum intrat, et ut illum Dei famulum, qui etiam secum venerat, sibi pro sua reddat clementia humiliter supplicat: seque reverti, nisi eo recepto, impossibile. Visum est ergo regi quod petebat durum; hanc tamen offendere ratus non esse sibi integrum, eo quod regni quodammodo claves et Longobardiae teneret aditum, quamvis invitus multumque renitens, patrem reddit Benedictum ».

(Venerab. Benedicti Clausini abbatis vita auct. WILLELMO MONACHO. *M.H.P. Script.* Tom. III, col 292).

CCVIII. — **Oddo II Astensis episcopus.**

1081, Ind. IV.

Commutatio bonorum inter Oddonem episcopum Astensem per manum Oddonis de ordine ipsius episcopii et missi episcopi, et Vuidonem f. q. Ingelmarii, lege vivens romana ex natione sua. Bona sita sunt in villa Placide et Mirabello. — S. Veridonis et testium.

Benizo notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis. *M. H. P.* Chart. I, col. 668. TOMATI in Elencho Astensium episcoporum, anno 1670, scripsit. « Otho II in quibusdam diplom. dictus Comitissae Adelaidis ex Othone marchione filius, in gratiam matris epis. eligitur sub Gregorio VII. Ecclesiae S. Anastasiae (fortasse Anastasii) confirmavit donationes a praedecessoribus factas. Henrico III (IV) charum vixisse acta Papiae anno 1089, sive diplomata ab Henrico dimanata, testantur, eundemque Othonem circa annum 1093 vixisse, mortuum vero anno 1102) ».

CCIX. — **Adelais et Vercellensis episcopus.**

Anno .....

« Venerat ad Monasterium *(S. Michaelis Clausini)* et Vercellensis episcopus... simoniacus; jamque praesbiter illius super venerandum S. Michaelis altare missas acturus calicem posuerat, cum jussu patris

Benedicti fratres... episcopum... ab ecclesia non absque injuria eliminant. Quam rabidis tunc ille potens minis simul cum Marchisia *(Adelaide)*, ad cujus curiam venerat, intonuit; quae rerum damna, vel injurias ab illis ob hanc causam non pertulimus? »

(Ven. Benedicti Abb. S. Michaelis Clausini vita, auct. Willelmo Monacho. *M. H. P. Script.* III, col. 293).

CCX. — **Adelais et Agnes comitissae. Monast. Ulciense.**

1083, 22 Aprilis. Taurini.

Adalegida comitissa f. q. Magnifredi marchionis et vidua q. Odonis item marchionis, et Agnes comitissa f. q. Wilelmi comitis et relicta q. domini Petri marchionis, socrus et nurus, pro mercede animarum suarum et Magnifredi marchionis et Adelrici Astensis episcopi, et Bertae comitissae et Petri marchionis, etc., concedunt canonicae S. Laurentii de Ulcio, cui Nantelmus est praepositus, ecclesiam S. Mariae in vico qui dicitur Caput montis, cum decimis; et peciam unam in fundo Urbiano, et teloneum de rebus, quae per clusam Secusiae transierint. — S. Adalegidae et Agnetis comitissarum. Testes: Erenzo vicecomes, Burgundio judex, Azo de Fumis et alii.

Aldeprandus qui Bello vocatur, notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Giusto*, Fas. I, n. 5. Guichenon, *Preuves* pag. 20).

CCXI. — **Oddo II Astensis epis. et Mascar.**

1087, 22 Maii. Ind. ix (*lege* x) In castro.

Commutatio bonorum inter Oddonem Astensem episcopum et Michellum qui et Mascar, lege viventem romana ex natione sua. Bona posita sunt in territorio Astae, in valle Moruno, in fundo Columbosa. S. Michaelis et testium.

Benito notarius S. Palacii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis, Iura Capituli, Fasc. XXXV, n. 11. *M. H. P. Chart.* I, col. 680).

CCXII. — **Obitus Bertae Imperatricis.**

1088. Maguntiae.

« Bertae imperatrix obiit et Spire sepulta est. »

(Annal. Saxo. Apud Pertz, *M. G. H. Script.*, Tom. VI, p. 724).

CCXIII. — **Oddo II Astensis epis. Oddo presbyter.**

1088, 27 Septemb. Ind. xii. In castro episcopii.

Commutatio bonorum inter Oddonem Astensem episcopum et Oddonem presbyterum, lege viventem romana ex natione sua. Bona posita sunt in territorio Celle, in Marzano, in valle Abiona, in sola (*vel isula*), in Casteioni. S. Rodulfi vice domini.

Benizo notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis, Fasc. XXVIII, n. 6. *M. H. P.* Chart. I, col. 681).

CCXIV. — **Oddo II Astensis epis. et Vilielmus.**

1088, Octobris. In canonica S. Mariae.

Commutatio bonorum inter Oddonem Astensem episcopum et Vuilielmum subdiaconum, f. Veradae feminae, lege viventem romana ex natione sua. Bona posita sunt in locis Azello et Acrosa et in territorio Afrarano, in villa Caliano quae dicitur Mandaloni... in grana — S. Rodulfi vice domini.

Benizo notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Eccl. Cath. Astensis, Iura Capituli, n. 26. *M. H. P.* Chart. I, col. 688).

CCXV. — **Adelais, Agnes ejus nurus, Agnes ejus nepos.**

1089, 13 Junii. Ind. xii.

Adalasia comitissa cum nuru sua Agnete et filia ejus Agnete reddunt et donant ecclesiae S. Mariae ad partem Astensis episcopatus, et domno Oddoni ejusdem ecclesiae designato episcopo, Abbatiam S. Dalmatii, et plebem de Lovoldeso, sicut episcopus Giselmus aliquo tempore eas tenuit; silvam de Bannali; terram inter Castrum Noni et Roccam, et quod supradicta ecclesia habet in comitatu Bredulensi; et totam terram quae glarea dicitur, idest a medietate Tanagri fluminis usque ad castellum de la Rocca, cum facultate extruendi molendina et portum alium in alio loco. Remittunt etiam contentionem de la Vicia, sicut finitum fuit inter Petrum marchionem et episcopum Ingonem.

(Moriondi Monumenta Aquensia, p. i, col. 38, Doc. 26. E *Libro Verde* Ecclesiae Astensis in R. Tab. Taurinensi adservato).

CCXVI. — **Adelais et nutrix Petri I marchionis.**

Sine anno et loco (post annum 1088).

Adelaida comitissa dedit Adalberto, agnomento Curtes, de sua curia et familia, et uxori ejus Bonae libertatem et terram quam tenebant in allodio, eo quod nutrierant duos pueros, scilicet Petrum marchionem, et filiam (*Bertam*), quae in matrimonio imperatoris fuit.

(Chartarium Ulciense, Doc. CCIX, p. 175).

CCXVII. — **Adelais f. Amadei II comitis et marchionis.**

1090. In Castro Brionis.

Adelais comitissa f. quondam b. m. comitis et marchionis Amedei donationem a Manasse domino de Coloniaco q. marito suo fratribus Nantuatis factam (videlicet centum solidos in censibus terrae suae Brionis annuatim) laudat et confirmat. Umbertus et Manasses filii ejus in praesentia Guidonis archipresbiteri Coloniaci... (*laudaverunt?*):

(Du Bouchet, *Preuves de l'Histoire de l'illustre maison de Coligny.* Parisiis, 1662).

CCXVIII. — **Urbs Asta et Adelais com.**

1091. mense Aprilis.

« Anno domini MXCI, XV (?) Kalendas Aprilis civitas Astensis quasi tota succensa fuit a comitissa Alaxia, et eodem anno dicta comitissa obiit.

(Oggeri Alferii Cron. civ. Astensis in *Cod. Ast. de Malabayla*, Tom. II, pag. 58).

CCXIX. — **Obitus Adelaidis comitissae.**

1091. 19 Decembris. Canisculi (fortasse *Chianoc* in valle Segusina).

« VIII Kal. Jan. ob. com. Adalasia comitissa ».

(Necrol. Ss. Solutoris, Adventoris. Taurin. *M. H. P. Script.* III, col. 280).

« Adelaida Taurinensis Comitissa, 14 Kal. Jannuarii obiit ».

(Bernoldi (*Constantiniensis*) Chronicon. Pertz *M. G. H. Script.* Tom. V, pag. 453)

CCXX. — **Obitus Friderici Montisbeliardi comitis.**

1091, 29 Junii.

« Obiit autem praedictus comes *(Fridericus)* in .... anno Dom. Incarn. 1091, Indict. 14, 3 Kal. Iul., scilicet in festivitate S. Petri ».

(Bernoldi *(Constantiniensis)* Chronicon. Pertz ***M. G. H. Script.*** **Tom. V, pag. 454**).

IV.

UMBERTUS II

MXCI-MCIII.

Umberti II, cognomento Reinforciati, *Amadei II filii, dies natalis incertus. Obiit anno* MCIII, XIV *Kal. Octobris. Mortua Adelaide, Conradus rex, nepos ejus, subalpinam regionem invadit, pulsisque ab Italia Friderici Montisbeliardi filiis, Taurino potitur. Eadem tempestate, uti perhibent, Bonifacius Marchio de Vasto, qui materno genere ab Olderico Manfredo ortum ducebat, Comitatum Aureatensem arripuit et Salutiensem principatum constituit. Tum complures civitates, quae Adelaidi atque Oddoni paruerant, nempe Asta, Taurinum, Carium, Testona, nec non Pinarolium, sui juris factae, popularem statum constituerunt. Praeterea verisimile est in illis rerum adjunctis Albonenses comites, quibus Delphini Viennenses successerunt, cis Alpes Matronam montem, Cingomagum, Icilias, vallem Ulciensem et vallem Bardoniscam occupavisse. Umbertus II primo trans montes, quo secesserat, receptum invenit, dein ex composito, ut opinor, in Italia Augustanas et Segusinas valles sedate obtinuit, nonnullaque oppida in comitatu Taurinensi nec non in Eporediensi. Sic, exeunte saeculo* XI, *Adelaideum dominium in membra discerptum.*

Umbertus II Gislam e comitibus Burgundiae, ab Eporediensibus marchionibus prognatis, habuit uxorem; quae una sola conjunctio sanguinis extat inter veteres Umbertinos et domum Ottonis Guilelmi, Berengarii II regis nepotis. Reliquit liberos utriusque sexus: Amadeum III comitem, Rinaldum S. Mauritii Agaunensis Praepositum, Guilelmum, Umbertum, Margaritam et Agnetem. Margarita Ludovico VI, cognomento Crasso, Francorum regi nupsit, Agnes Archimbaldo VI Borbonio. Gisla autem, Umberti II relicta, novis nuptiis se junxit cum Rainero marchione Montisferrati, ex quo peperit Guilelmum IV cognomento Senem; qua de re in

chronicis Amadeus III, Sabaudiae comes, dictus est Guilelmi IV Montisferratensis frater.

Umbertus II legem romanam ex natione sua professus est, quam et professa est Agnes Petri I filia.

CCXXI. — **Agnes Petri I filia.**

1091, 26 Augusti. Ind. xiv.

Agnes filia q. Petri marchionis et relicta olim Friderici, quae professa est lege vivere romana, monasterio S. Mariae in loco Caburo donat mansum unum in loco Bagnolo.

(MULETTI, *Memorie di Saluzzo*, I, p. 282, e schedis IOSEPHI VERNAZZAE).

CCXXII. — **Aymo de Alingio.**

1093, 15 Septembris. Villanovae Chillonis. (*Leg. an. 1293*).

Aymo de Alingio damicellus f. q. Aymonis de Lucingio militis confitetur se esse hominem ligium Amedei comitis Sabaudiae et ab eo tenere in feudum ligium quidquid habet in parochia de Concise et aliis in locis.

(CIBRARIO, *Delle Storie di Chieri*, vol. I, pag. 180, e schedis Iosephi Vernazzae, quae erant penes Constantium Gazzeram. Scriba vel notarius post annum « *millesimum* »; missum fecit « *ducentesimum* »; inde factum est, ut docti viri quos supra memoravi, sacramentum ab Aimone de Alingio Amadeo V dictum, Amadeo II affinxerint, qui, uti notum est, anno MLXXX vitam finivit. Autographum vel potius exemplum chartae in R. Tabulario Taurinensi adservatur).

CCXXIII. — **Filii Agnetis de Sabaudia et Friderici comitis Montisbeliardi.**

1093. In Longobardia.

« Counradus, filius Heinrici regis, bona Adalheide Taurinensis comitissae invasit, quae ejusdem comitissae nepos, filius Federici comitis habere debuit..... Hujus ergo filium ex nepote domnae Adelheide susceptum, Henricus rex cum filio exheredare proposuit, terramque ejus hostiliter invadendo, ac circumquaque devastando, etiam Fructuariensi monasterio multa mala intulit ».

(BERTOLDI *(Constantiniensis)* Chronicon. PERTZ, *M. G. H. Script.*, Tom. V, pag. 454. Agnes, Petri I filia, e Friderico tres liberos genuit, Petrum, Brunonem et Sigifredum. Petrus, Italia exactus, Lucelburgi in finibus Alsatiae castrum aedificavit, et Lucelburgi comes dictus est. Filii ejus Raynaldus et Henricus, hic anno MCXLVII, ille anno MCL, sine prole demortui sunt).

CCXXIV. — **Burchardus de Montesaurio.**

1098 (?)

De Burchardis de Montesaurio, Rogerii Diabolerii filio, Baldricus Andegavensis cecinit:

Tu Taurinenses solus sic edomuisti,
Ut te crediderint mille fuisse viros.

(Baldrici Andegavensis, Abbatis Burguliensis, Carmina historica. Duchesne, Vol. IV, pag. 264 et seq.)

CCXXV. — **Umbertus II. Maurìannensis comes et Italiae marchio.**

1093, 10 Maii. Ind. v (sed mendose). In villa S. Ioannis de Morianna.

Umbertus Maurianensis comes et Italiae marchio, pro remedio animae patris et matris suae et pro salute sua, donat monasterio S. Petri de Novalisia mansum in superiore lautio, qui dicitur Sabainum cum omni districto et hominibus atque omnibus ad eum pertinentibus. Praeterea omnia dona quae monasterio fecerat avia sua Adelaida comitissa, confirmat et nominatim designat. — S. Umberti comitis. Testes: Cono maurianensis episcopus, Erandus Bremetensis abbas; Nantellinus vice comes, Umbertus de Bocozel, Viffredus de Bogis, Petrus Novalicii prior, Brunanti prior Cosiae, Aymericus prior Corberiae et alii.
Villielmus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Preuves* pag. 27. Charta non sine interpolationis nota. In hoc documento, primum ni fallor, nomini et dignitati Comitali Umbertinorum nomen Comitatus adjungitur).

CCXXVI. — **Oddo II. Astensis epis.**

1098. Ind. i. In festivitate Marci Evangelistae Papiae.

Henricus (IV) imperator, consilio Ogerii Yporegiensis episcopi cancellarii, O. Aquilegiensis Patriarchae, Burcardi marchionis et Arditionis de Castello, concedit Ottoni Astensi Electo castrum Carassonis.
Ogerius Yporiensis episcopus cancellarius recognovit.

(Moriondi *Mon. Aquensia*, II, col. 812).

CCXXVII. — **Umbertus II. Eccl S Mariae Eporediensis.**

1094, 14 Septembris. Ind. XII. Actum in loco Atesiano.

Ubertus f. quondam Amedeo qui professus est ex natione sua lege vivere romana, ecclesiae S. Mariae, quae est constructa infra civitatem Eporediae, donat castrum S. Porcii, et villas Coceli, et Cenario et Corterezo et Cicuno et Lusite, et Ozena et Musubole in integrum.

(Lud. Provana, in *Actis R. Scientiarum Academiae Taurinensis*, Serie II, vol. VI, anno 1844. E Tab. Epis. Eporediensi. Cf. ad annum MXIX, Doc. XLVIII).

CCXXVIII. — **Henricus IV. Oddo II. Astensis epis.**

1094.

Henricus, Rom. Imperator, Oddoni Astensi episcopo atque ecclesiae S. Mariae Virginis concedit comitatum qui est infra episcopatum, et ejusdem episcopatus consecrationem, et quidquid ad eum pertinet, sicut illum habuit et tenuit Adelaides comitissa b. m. unum ante diem obitus ejus.

(E *Libro Verde* Eccl. Astensis in R. Tab. Taurinensi adservato).

CCXXIX. — **Urbanus II. Monast. Pinerolii.**

1095, 19 Martii. Ind. III. Placentiae.

Urbanus II P. M. monasterio S. Mariae de Pinerolio, ab Adelayda comitissa edificato, cui praeest Flubertus abbas, omnes possessiones suas confirmat, atque apostolicae sedis protectionem concedit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. I, 715).

CCXXX. — **Oddo II. epis. et consules Astenses.**

1095, 28 Martii. Ind. III. Aste.

Oddo Astensis episcopus ad Consules Astensis civitatis, qui sunt Lanfranchus Benzo, Ubertus Bulgarus, Ubertus Judex, Crescencius Saracenus, Bonebellus Bonesenior, investituram facit de Castro Noni ad comunem utilitatem civium.

Testes.: Guillelmus Signifer, Rodulfus vicecomes, Rodulfus vice-

dominus, Obertus de Vigarizio, Azo de S. Martino, Obertus de Meglano, Wido comes de Blandrato, Albertus de Tigliole, Rodulfus de Gorzano, Aycardus de Morocio, Fulcardus de S. Albano, Gandulfus Anselmus de Govono, Oppizo de Rocha S. Genesii.

Ubertus Judex scripsit.

(E Cod. Astensi de Malabayla, pag. 651, Doc. 685. Böhomer, Acta Imp. selecta, p. 815, doc. 1127).

CCXXXI. — **Adelais secunda uxor Bonifacii Marchionis de Vasto**.

1095.

Totus orbis claret orbis
Claro natalicio;
Marchionis militonis
Bonifacii Itali
Neptis ornat, quem exornat
Uxor Adelasia.

(Maroldus Monacus, *Natalicium Rogerii II Siciliae regis*. Maroldus, aequalis illorum temporum, Auctor indictis feriis interfuit, et eodem anno MLXXXV carmen condidit. V. *Acta Sanctorum*, *vitam S. Brunonis*, *die sexta Octobris*, *Tom. III*, *pag. 657*. Confer Joffredum ab Ecclesia in *Chron. Salutiarum*: « *La seconda moglie di questo Bonifacio fu Adelayda, figlia di uno Marchese dy Salucio* (lege *Romagnano*) *chiamato Manfredo* ».

Neptis Bonifacii, mater Rogerii II, quam Maroldus cecinit, Adelais quoque vocabatur).

CCXXXII. — **Umbertus II. Prioratus Burgeti**.

1097. Apud Hyenam, burgum S. Ranneberti in domo Odilardi.

Humbertus nobilissimus comes atque marchisus Cluniacensi coenobio et loco qui Burgetum dicitur et monachis in eo manentibus, pro remedio patris sui Amedei etc. et pro suo Consulatu, et impetrante Dei gubernatione in suo viatico ultramarino, dat mansum Gutini cum suis appendicibus. Petrus prior Burgeti propter hoc dedit comiti mulam optimam. — S. Humberti comitis, S. Nantelii de Carboneriis, S. Vidonis de Mirebello in Lugdunensi pago, S. Joffredi de Grandimonte. S. Aymonis de Camera, S. Valterii de Assa.

(E Tab. Cluniacensi. Guichenon, *Preuves*, pag. 27).

CCXXXIII. — **Lapis Ferraniae.**

Sine anno (post 1097).

Hac recubant fossa matris venerabilis ossa
Cujus erat patulum vita boni speculum.
Hec Pictavorum comitum stirps nobiliorum
Pulcra fuit specie nurus Adalasiae.
Defunctoque viro multo post ordine miro
Mundum deseruit, hicque sepulta fuit.

(Passim editus. Ad Agnetem Petri I viduam respicit).

CCXXXIV. — **Umbertus II. Monast. Ulciense.**

1098. In secusiensi castro.

Notitia. Ubertus, post obitum Adelaidis, quando ingressus est Longobardiam, omnia quae Adelaida comitissa S. Laurentio Ulciensi dederat, concedit et confirmat.

Hujus rei testes fuerunt Cono mauriannensis episcopus, et alii quamplures.

(Chartarium Ulciense, Doc. 97, pag. 95).

CCXXXV. — **Umbertus II. Consules Astenses.**

1098, 25 Julii. Ind. VIII actum.

Consules Astenses foedere sempiterno cum honorabili et magno duce Uberto se conjungunt. Comes Ubertus magno pro amore quem habet civibus Astensibus, ad augumentum Astensis episcopatus dat loca S. Dalmatii, Bruxaporcelli, Bovisii, Summaripae, et Romanisii et Quatordei. Insuper concedit pedagium, clausagium, curadiam et stratam pro transitu itineris ultra montes et ex hac parte montium in sempiterna saecula. Comes Ubertus debet auxiliari populo Astensi ter per unumquemque annum per episcopatum et comitatum Astensem usque ad Rivumbrucentem, ad S. Dalmatium, et Terdonam civitatem. Et ab hac die usque ad tres annos comes Ubertus non debet a Longobardia discedere ultra octo dies, nisi per comeatum Astensium consulum. Et

neque pacem neque guerram neque finem cum Bonefacio marchione debet facere absque consilio et voluntate Astensium consulum.

(Charta passim edita; denuo in Cod. Astensi de Malabayla, Doc. CXVI, p. 747. In hoc documento, quod (ut alia omittam) neque partes, neque testes subscripserunt, neque notarius rogavit, non ictum foedus nec pacta conventa contineri, id mihi assensuros esse puto, qui penitus de eo inquirant. Equidem sic existimo chartam notitiam conditionum tradere, quas Astense Commune proposuit, quasque Umbertus II probare, mea sententia, nequiit).

CCXXXVI. — **Umbertus II. Monast. Pinerolii.**

1098, 29 Novemb. Ind. VI. S. Ambrogii in monasterii Clusiensis claustro.

Unbertus comes f. q. Amadei qui profitetur lege vivere romana, monasterio S. Mariae in loco Pinarolii donat omnia quae habet in loco Ferruciades, cum sediminibus, vineis, campis, pratis, etc. usibus aquarum, aquarumque decursibus etc. — S. Unberti comitis. S. Bosonis Merli de Avigliana, Merli de Plauciasca, Rodulfi, Amalrici, testes.

Giselbertus notarius S. Palatii.

(E Tab. Civ. Pinerolii. *M. H. P.* Chart. I, col. 723. BERNARDI Jacobus, *Nozze di Umberto e Margherita di Savoia*, 1868).

CCXXXVII. — **Ad Umbertum comitem et marchionem S. Anselmus S.**

Sine anno et loco.

Anselmus Cantuariensis archiepiscopus Umberti comitis litteras magno gaudio suscepit « Quantus enim est mihi honor (inquit) cum vestra Celsitudo, cujus se homines gaudent esse parentes mei, dignatur dicere me sibi consanguinitate copulari! Memor enim me naturaliter a progenitoribus, ut Domino, vobis debitorem esse, nunquam possum cordi meo vestrum amorem deesse. Nec sum oblitus, quia cum Romam tenderem, benigna vestra largitas Lugduni prompta fuit me conducere, atque necessaria quaelibet impendere ». Deinde Umbertum comitem, ut ecclesiam tueatur, non vero sibi in haereditatem datam esse putet, admonet. Reverendam dominam suam, uxorem comitis, cum prole sua salutat ».

(Epis. S. Anselmi Lib. III, Ep. LXV. Lutetiae Parisiorum MDCCXXI, pag. 89. MIGNE, Patrol. Tom. CLIX S. Anselmi opera omnia, pag. 102).

CCXXXVIII. — **Umbertus II et dominus Brianzoni**

Anno . . . .

« Diebus Umberti comitis fuit quidam dominus in Brianzono qui noviter posuit pedagium super transeuntes per fines suos, ita ut duplicaret censum quem dare censueverant transeuntes .... Indignatus est comes. Dirigit agerem contra dominum Brianzoni, qui... concordavit se cum domino Morianne sibique fecit homagium, promittens ey omni tempore servire et deposuit censum quem transeuntibus imposuerat ».

(Frag. Chronicae Latinae Sab. in R. Tab. adservatum. *Miscellanea di St. It.* Tom. XXII. De hoc bellico facinore vehementer ambigunt eruditi viri, sed proprium est rerum gestarum memoriae per manus veluti traditarum, vera cum falsis miscere; ars critica ea cernit. V. De Foras, *Le péage de Briançon, Moutiers*, 1882).

CCXXXIX. — **Umbertus II Tarantasiam occupat**

Anno . . .

« Patriam Tharantasiae nulli perprimo subjectam ejus dominio subegit ».

(Chron. Lat. Sabaudiae *M. H. P. Script. I*).

Umbertus Comes « ascendit ad vallem Tarentasie, in qua nullus erat dominus qui justiciam ministraret, set major suffocabat minorem, illamque patriam subjugavit, illosque qui in illa habitabant, sibi servire coegit ».

(Frag. Cron. Lat. in R. Tab. Taurinensi adservatum. Loc. cit. Tom. XXII, pag. 310. At Umbertus I et Oddo jampridem Tarantasiae imperitabant; quapropter, hisce et similibus quae traduntur, si qua fides adhibenda est, argumentari decet Umbertum II inibi dominationem confirmavisse, dynastis in provincia late tyrannis sub imperium redactis).

CCXL. — **Umbertus II. Monast. Fructuariense.**

1100. Ante ecclesiam Ciambavae.

Umbertus, gratia Dei comes, monasterio Fructuariensi S. Benigni, Tyburcii et Agapiti donat ecclesiam S. Laurentii de Ciambava, atque a monte Pennino usque ad torrentem aquae super burgum, universam justitiam suam; praeterea donat insulam juxta montem Penninum et

alteram insulam ubi molendinum est, et ripas fluminis Duriae hinc et inde ab aqua rubea usque ad petram peccolatem. Umbertus comes m. p. firmat. Boso vicecomes laudat et affirmat donationem.

Testes fuerunt Everardus de Bardo, Vuillelmus de monte Jovis, Petrus de Porta S. Ursi, Umbertus de Bozozel et alii multi.

(E Tab. Canonicorum Verrensium. *M. H. P.* Chart. I, col. 728).

CCXLI. — **Umbertus II. Eccl. Bellaevallis.**

Sine anno. In ecclesia Bellaevallis.

Notitia. Designantur possessiones Ecclesiae S. Mariae Bellae vallis, super villam Boggarum quae Scola nuncupatur, quamque Nantelmus vir illustrissimus, laudantibus Umberto comite et Vuidone Genevensi episcopo, construxit, et dotavit in allodio quod dedit comes Umbertus. Nobilis comes Umbertus donat eidem ecclesiae piscationis unum diem omni septimana in lacu Arvorum, cum facultate pascuandi in silva super Voltas, aliaque privilegia concedit.

Huius rei testes fuerunt Boso Tarantensis archiepiscopus et Boso episcopus Augustensis.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp Sabaudiae. Guichenon, *Preuves* p. 25).

CCXLII. — **Umbertus II Abb. Alpinensis.**

Sine anno et loco (1094?)

Humbertus, comes Mauriennae et marchio in Italia, Vidoni, primo Alpinensis coenobii abbati, donat allodium suum, in quo coenobium fundatum erat, annuentibus Girardo Allingensi et Gillione de Bovorea, dominis fundi, qui jacet in pago Gebennensi et in valle Alps. Praeterea donat quamdam valliculam vicinam.

Testes: Boso Augustensis episcopus, Girardus Alingiensis, Rodulphus de Folciniaco, Uldricus comes etc.

(E Tab. Mon. Alpinensis. Guichenon, *Preuves*, pag. 44, qui non bene donationem tribuit Umberto III).

CCXLIII. — **Umbertus II cognomento Reinforciatus.**

Sine anno et loco.

Notitia. Ecclesiae B. Symphoriani martyris in monte, qui Inimons appellatur constructae, et monasterio Cluniacensi Umbertus nobilis-

simus comes qui cognominatus est Reinforciatus, consilio Humberti monachi, dedit quiquid habebat in monte Inimonte et in omni terra quae ad eumdem montem pertinet.

Huius doni testes fuerunt Amblardus miles de Grandimonte, Rostagnus miles et multi alii.

(GUICHENON, *Preuves* pag. 28).

CCXLIV. — **Obitus Umberti II.**

1103, XIV 18 Septembris.

« Obiit Humbertus comes Maur. cui debetur processio. »

(Ex Obituario. S. Johannis Mauriannensis. ALEXIS BILLIET et abbas ALBRIEUX, *Chartes du Diocèse de Maurianne.* Camberiaci, 1861. Chronica fabulantur: « Uxor ejus de Venetia », *Chron. Altaecumbae M. H. P. Script.* I, col. 677. « Apud comitem Venaissini receptus Laurentiam ejusdem comitis filiam pulcherrimam duxit in uxorem. » *Chron. Latina Sabaudiae M. H. P.* Loc. cit., col. 601. Umbertus II nupsit Gislae sive Giselae, ut diximus, Guilelmi I Burgundiae comitis, filiae Calisti II P. M. sorori).

« Sepultus est in ecclesia Tharantasiensi. »

(*Chron. Lat. Sab. M. H. P. Script.* I, col. 678).

« Sepultusque est comes Umbertus in monesterio, civitate Tarantaissie, in ecclesia S. Petri. »

(Frag. *Chron. Lat. Sab.* in R. Tab. Taurinensi adserv. Loc. cit.).

V.

AMADEUS III

MCIII-MXLVIII.

Umberto II immatura morte intercepto, principatus ad Amadeum III filium devenit, qui ad ditionem subalpinam recuperandam animum adjungens, Taurino potitus est, bellumque in Lotharium II imperatorem agitavit, varia fortuna. Deinde ad bellum Sacrum secundum in Orientem, una cum Ludovico VII Francorum rege, et Conrado III imperatore, anno MCXLVII *profectus, inibi arma unum ferme annum gessit; quumque, Ierosolimam petens, ad Cyprum insulam appulisset, letali morbo absumptus cessit e vita* III *kal. Aprilis anno* MCXLVIII.

In quodam diplomate anno MCXXXIV *dato, uxor ejus Adelais vocatur, in posterioribus Matildis (Mahaut, Majes); hinc dubium oritur, utrum mendum irrepserit in illud, an Matildis nomen alteram uxorem arguat. Quomodocumque se res habeat (ego vero mendosum Adelaidis nomen suspicor), Matildis, Albonensis comitis filia, enixa est Umbertum III et quinque feminas, Matildem, Adelaidem, Agnetem, Margaritam et Julianam, quarum prima Alphonso I Lusitanorum regi nupsit.*

CCXLV. — **Amadeus III. Ecclesia Mauriannensis.**

1104, 21 Octobris. Luna XXVII.

Amedeus comes pro anima patris sui Uberti comitis et aliorum parentum suorum donat ecclesiae S. Johannis Baptistae Mauriannensis duos mansos, quorum unus de la Traversa, alter de Villario Bernonis, laudantibus Gisla matre et fratribus ejus Guillelmo atque Umberto.

Testes fuerunt Cono episcopus, Odo de Camera et frater ejus Amedeus, Esmio de Camera et frater ejus Bernardus, Aymo de Bocsosello, Guillelmus de Rossillione.

(E Tab. Epis. Mauriannensis, edid. ALEX. BILLIET et abbas ALBRIEUX, *Chartes du Diocèse de Maurienne*).

CCXLVI. — **Amadeus III. Eccl. Bellicensis.**

Sine anno et loco ; sed ante an. 1108, quo anno obiit Cono Mauriannensis episcopus. Genevae.

Amedeus gratia Dei comes et fratres sui, una cum genitrice Gisla, et per advocatos suos Cononem Moriannensem episcopum, Aimonem Genevensem episcopum et Widonem de Mirabello pro remedio patris sui Humberti comitis, ecclesiae Bellicensi S. Johannis Baptistae donat... receptum quem pater et antecessores eorum qualicumque modo acceperunt in villa Mora.

Hujus rei testes fuerunt Adalardus monachus prior Burgeti, Ricardus de Domasia et Nantelmus frater ejus, Borno de Scalis, N. de Magnomonte, Amblardus Rossiliacensis, W. de Rumiliaco, Willelmus de Camussola, Walbericus Wido de Spina et frater ejus Petrus, Humbardus de Saxo, Anselmus de Isiaco, Valbertus de Pulliaco et alii.

(M. S. N. Dom. Stefanoti, n. 124 et 125, Bibl. nat. Parisiensis, S. Germain d'Auxerrois. Edid. GALLIA CHRISTIANA, Tom. XV, 1869; sub anno 1025; denuo CARUTTI, *Umberto I e il re Arduino*, pag. 206, qui de mendosa die a *Gallia Christiana* data animadvertit).

CCXLVII. — **Domus de Abundantia.**

1108, 2 nonas Maii. Ind. I. Agauni.

Arduinus prior S. Mariae de Abundantia, laudante Guidone de Festerna illius ecclesiae advocato, et consentiente Amedeo filio Uberti comitis, et tutore ejus Aimone Gebennensi comite, dant canonicis de Abundantia ecclesiam S. Mariae cum tota valle.

Testes fuerunt Amedeus de Bloniaco, Girardus de Alingio et Boso filius ejus.

Oldericus vice Turumberti cancellarii scripsit.

(E Tab. Monast. Abundantiae, edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 29).

CCXLVIII. — **Eccl. S. Laurentii Ulciensis.**

1109, 24 Februarii. Ind. II. Secusiae.

Amedeus comes, pro anima patris sui, donat ecclesiae S. Laurentii de Ulcio censum quem Canonici annuatim donabant.

Actum per manum Luitfredi Bogiis, Bozonis de Rejes, Guillelmi Garini et Umberti Bocsozel.

Testes fuerunt abbas S. Justi, Ainardus Malet, Borno de Grisien. Regnante Henrico, qui tunc temporis dilectionem cum papa Pascali habuit.

(E Chart. Eccl. edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 30, sub anno 1119. Pascalis II obiit an. 1118. Forte ad annum 1110 spectat, quum primum Henricus V in Italiam venit; sed Indictio II ad annum 1109 revocat).

CCXLIX. — **Agnes comitissa. Arditio et Manfredus marchiones.**

1110, 18 Martii.

Pascalis II P. M. donationem monasterio Fructuariensi S. Benigni confirmat factam ab Agnete comitissa, Petri marchionis filia, quae, derelicto saeculo, monasterii quietem elegerat. Eidem monasterio confirmat quoque villam Faloe, cujus medietatem unam obtulerat Arditio Marchio, alteram ex venditione Manfredi marchionis habuerat.

(E Chart. Fructuariensi, edid. Guichenon, *Preuves*, p. 24).

CCL. — **Domus S. Jorii.**

Sine anno et loco.

Amedeus, comes Sabaudiae et in Italia marchio, in sua custodia et protectione recipit domum Beati Jorii juxta castrum de Duyn. Domus debet reddere A. comiti quinque solidos annuatim.

(E Tab. monast. de Talueris; edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 35).

CCLI. — **Henricus V Imp. et Amadeus III Romam veniunt.**

1110.

« Cum applicuisset imperator in oppido quod Mons Meliani dicitur, qui locus est prope Chamberiacum, illic fuit ab Amedeo comite Moriane reverenter ac benigne susceptus... Abierunt imperator cum tota

multitudine, Comite cum eis, et transeundo per Lombardiam venerunt Mediolanum; ab illo loco venerunt Romam, ubi coronatus est imperator...

« Stando imperator in urbe romana secum Comite Morianne.... dixit Comiti: Comitem te constituo Sabaudiae sub tali condicione, ut sit tibi primus titulus ille comitatus Sabaudiae... Vade, aquire patriam illam, et cum hoc feceris, ad me revertere. Recessit Comes et venit ad partes suas ».

(Frag. chron. Lat. Sabaudiae, in *Miscellanea di St. It.* Tom. XXII, pag. 314.

Henricus V, Mediolanum et Romam proficiscens, montem Jovis transiit, sed eum in itinere romano Amadeum III comitatum esse non constat; sunt porro quae contrarium moneant. Siquidem complura monumenta Subalpinos proceres imperatorem deducentes recensent, nulla Amadeum III nominant vel indicant; quod sane fieri non potuisse videtur, si praesens fuisset).

CCLII. — **Via S. Ambrosii ad Ultramontanos.**

1111, Martii. Ind. III. Apud Sutrium.

Henricus V imperator, interventu quorumdam episcoporum nec non Vuelfonis ducis, et marchionum Rainerii de Monteferrato et Manfredi de Romagnano, pariterque comitum Alberti de Blandrate, Vidonis de Canavixio, aliorumque militum, publicam stratam quae de ultramontanis partibus per burgum S. Ambroxii Romam tendit Taurinensi civitati et omnibus ejus incolis propter eorum fidelitatem concedit.

(E Tab. Civ. Taurinensis, *Privilegi e concessioni*, fasc. I, cath. I, n. 4, *M. H. P.* Chart. I, col. 737. Guichenonius graviter peccavit in breviario hujus diplomatis; scribit enim: *Henricus etc., instante Amedeo comite et consanguineo nostro charissimo etc.* Ne nomen quidem Amadei in charta legitur. *Monumenta H. P.* dant: *Actum Intre*, et post *Datum* de loco silent. Mense martio Henricus V in ditione romana erat, propterea nec datum nec actum Intrae in Longobardia diplomati conveniunt).

CCLIII. — **Agnes f. Petri I marchionis.**

1112, 8 Octobris. Actum Spirae.

Henricus IV imperator monasterio Fructuariensi omnia quae ei tradita fuerunt ab antecessoribus suis confirmat, una cum curte Serralonga et castello Longobardorum, et Villanova, quam dedit Agnes filia marchionis Petri, Fabula et villa Ayrasca.

S. Henrici Imp. Arnoldus cancellarius vice Friderici Coloniensis archiepiscopi archicancellarii recognovit.

(E Chart. Fructuariensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 664).

CCLIV. — **Adelais Umberti II f. Ludovico VI Francorum regi nubet.**

1115 ?

Ivo Carnotensis epis. Ludovico Francorum regi:

« Quod a fama vulgante audivimus hoc ex litteris Vestrae Excellentiae certius didicimus, videlicet quod neptem Flandrensis comitissae, puellam aetate nubilem, genere nobilem, honestis moribus, ut dicitur, laudabilem, in uxore ducere disponatis. Quod nos et Deo placitum esse credibus et hominibus, etc.

(R. G. et F. Script. Tom. XV, *Ex Epist. Ivonis*, pag. 161. Adelais, Clementiae Flandrensis comitissae neptis, quippe quae nata ex Umberto II et Gisla Clementiae sorore).

« Uxor autem Ludovici Grossi... regina Alaidis fuit, soror Amedaei comitis Sabaudiae ».

(*Alberici monachi Trium Fontium* chronicon. Ed. G. G. LEIBNITIUS, Lipsiae, MDCIIC, pag. 337. Albericus monachus addit: « De cujus altera sorore (*Amadei III*) marchiones Montisferrati procedunt, de tertia Reges Portugalliae ». Matildis Lusitanorum regina, filia, non soror Amadei III fuit; Margarita autem, quae ineunte saeculo XIII Rainero Montiferratensi nupsit, ab Amadeo IV orta est).

CCLV. — **De Ecclesia Mauriannensi.**

Sine anno et loco (1115?).

Guido Viennensis archiepiscopus carissimo nepote suo Amedeo comiti gratias reddit de iustitia et defensione Mauriannensis ecclesiae, eumque rogat, ut ecclesias de quibus nuper eamdem ecclesiam investiverat, illi auferri non sinat, et alias quas laici possident a monachis, occupari non permittat, et controversiam de medietate ecclesiae montis Garnerii sub judicio episcoporum comprovincialium ponat.

(CHEVALIER, *Chartularium monasterii S. Andreae Inferioris Viennae*, p. 281. Appendix, Doc. 72. Guido Archiep. Viennensis Gislae de Burgundia frater erat., proinde Amedei III avunculus).

CCLVI. — **Canonici Augustenses.**

Sine anno. 16 Januarii (v feria, xiv kal. Februarii) Taurini.

Comes Amedeus, « iturus Hierosolimis pro corporis et animae suae salutari comodo », coram Bosone Augustensi episcopo, letalem et pestiferam consuetudinem defunctorum canonicorum facultatem arripiendi reprobat, et hanc vel aliam injuriam deletam prorsus esse praecipit.

Hujus rei testes sunt Vuitfredus de Carbonerio, Vuilermus de Capite montis, Ugo de Albiaco, Vuilermus de Castellario, Aimericus de Brianzono et complures alii.

Ricardus cancellarius scripsit.

(E Tab. Cap. cath. Augustensis transcripsit F. A. Duc, Aug. Episc., qui actum ad annum 1116 refert).

CCLVII. — **Libertates Taurinensium.**

1116, 30 Junii. Ind. ix.

Henricus V imperator pro fideli servicio quod illi Taurinenses fecerunt, omnes usus bonos eorum, quos tempore patris sui b. m. Imp. tenuerunt, in perpetuum tenere concedit et in eadem libertate permanere collaudat, ita ut deinceps nulli mortalium nisi imperatori serviant, salva solita iustitia Taurinensis episcopi.

(E Tab. Civ. Taurinensis, *Privilegi e concessioni*, fasc. I, n. 4. *M. H. P.* Chart. I, col. 742).

CCLVIII. — **Eccl. S. Laurentii Ulciensis.**

1119, 24 Februarii. Ind. xi. Secusiae.

Amedeus comes ecclesiae S. Laurentii Ulciensis donat pro remedio animae patris sui duos nummos, quos canonici annuatim solvere debebant pro domo sua. Factum est per manum Guifredi Bogis, Bosonis de Rejas, Vilielmi Garcini et Umberti de Bocsosel.

Testes fuerunt abbas S. Justi, Ainardus Mallet, Borno de Greseu, Anselmus Forfax, Petrus de Bardonisca, Vilielmus Aurus, aliique.

(E Chart. Ulciensi, doc. CII, pag. 99).

CCLIX. — **Fratres S. Sulpitii.**

1120, 28 decemb. Apud Yennam.

Amedeus comes fratribus S. Sulpicii quosdam fundos Hostiis contiguos ab Itione et Huldrico de Balma germanis, numerato pretio, comparare permittit.

(*Gallia Christiana*, Tom. XV, pag. 646).

CCLX. — **Domus S. Sulpitii.**

Sine anno. Apud Yennam, in domo Sibondi Farsy. (1121-1134).

Amedeus comes et marchio Heremo S. Sulpitii ante hanc diem (scilicet antequam de uxore sua infantem habuisset) donavisse declarat territorium Raveriarum et quidquid habebat in territorio Hostiarum; nunc vero donum confirmat, atque terminos constituit et describit, intra quos nulli aedificandi liceat, ut quiete patres divinis laudibus intendere possint.

Testes fuerunt Pontius Bellicensis episcopus, Humbertus Gebennensis episcopus, Decanus Seyseriaci, Soffredus de Bellomonte, Bernardo de Rossillione, Humbertus de Bocsozello, Ufredus de Charboneriis, Quintinus de Ais, Ilione de Balma, Uldricus frater ejus, Utfredus de Sancto Sixto vicecomes.

(E cod. Divonensi, GUICHENON, *Preuves*, pag. 32).

CCLXI. — **Termini Domus S. Sulpitii.**

Sine loco et anno.

Amedeus comes, una cum Vicardo de Bellojoco, domui S. Sulpicii terminos constituit. Berlio Bellicensis episcopus illos confirmat.

(*Gallia Christiana*, Tom. XV, pag. 647).

CCLXII. — **Ecclesia montis Jovis.**

1125.

Amedeus III Morianensis comes et marchio in Italia, rogatu Bosonis Alingiensis, Petri de Porta S. Ursi, Goffredi, Alicardi et Galbesii Crassi et Oucherii Rousset, concedit ecclesiae S. Nicolai montis Jovis omne

quod ipsi a Comite tenebant, a Fontana cooperta usque ad pedem de Valle Noria. Praeterea Amedeus Alingiensis, dum moraretur in civitate Augusta, dedit dictae ecclesiae omnem casuram, quam a comite habebat, a Fontana cooperta usque ad burgum.

Regnante Henrico imp. an. dom. MCXXV.

(E Tab. S. Ursi Aug. edid. CIBRARIO et PROMIS, Doc. pag. 44).

CCLXIII. — **Ecclesia montis Jovis.**

1125, 1 Februarii.

Amedeus comes Mauriannensis et marchio donat quaedam bona S. Nicolao montis Jovis, et quidquid ecclesiae quisque dare voluerit, defendere promittit.

Testes: Aimericus vice comes Tarentasiensis, Rodulphus de Foucigniaco, Martinus Portomarinus etc.

(GUICHENON, *Preuves*, pag. 31).

CCLXIV. — **Fundatio Altaecumbae.**

1125.

Amedeus comes de Savoya, laudante uxore sua, donat Amedeo Abbati Altaecumbae terram super ripam de lacu Castellione, quae olim Charaya, nunc Altacumba nuncupatur.

Testes fuerunt Bernardus de Cappiluto, Torestanus filius, Vuillelmus Soffredi, Arbussa et filii ejus.

(E Chart. Altaecumbae, GUICHENON, *Preuves*, p. 31).

CCLXV. — **Petrus comes de Luzelbourg.**

1126.

Comes Petrus de Luzelburg, unus ex nobilioribus Francorum et Italicorum proceribus, monasterium S. Joannis « des Choux » apud Tabernas (Saverne) fundat.

(*Art de vérifier les dates*, vol. II. *Les comtes de Montbéliard*, vol. III, *Les ducs d'Alsace*. De Petro comite Lucelburgi, Agnetis de Sabaudia filio, et de liberis ejus, Cf. ad annum 1098, n. CCXXIII).

CCLXVI. — **Reformatio S. Mauritii Agauni.**

1128, 31 Martii. Agauni.

Amedeus Dei gratia comes et marchio, ad instantiam fratris sui Raynaldi praepositi S. Mauritii et de consilio Hugonis episcopi Gratianopolitani reformat statum Ecclesiae S. Mauritii Agaunensis in Comitatu suo, quam miserabiliter desolatam comperierat, et constituit canonicos in regulares canonicos commutare. Ut autem haec institutio Regularium canonicorum inviolabiliter permaneat, Apostolicum rogat ut ipsam confirmare dignetur. S. Amedeis comitis, S. Hugonis episcopi, S. Raynaldi praepositi, S. Hermeniardi.

(E Tab. Monast. edid. Guichenon, *Preuves*, p. 31).

CCLXVII. — **Canonici S. Mauritii.**

Sine anno. vii Idus Nov. Laterani.

Honorius II P. M. canonicos regulares S. Mauritii Agaunensis confirmat.

(Edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 32).

CCLXVIII. — **Amadeus III comes Taurinensis.**

Domus S. Solutoris.

1131, 23 Octobris. Ind. ix. Taurini.

Amedeus comes Taurinensis f. quondam Umberti comitis investit Vuilliermum abatem S. Solutoris de omnibus rebus, quas antecessores sui monasterio dederunt in locos Chovacias, in Gaveno, in Cunzano, ad collum S. Johannis etc ; et monasterium sub sua protectione recipit. S. Amedei comitis.

Testes: Obertus comes de Castellamont, Ailbertus et Ubertus judices, Petrus de Reano, Johannes Baderi, Petrus Buginus.

Amicus notarius scripsit.

(E Tab. R. Oeconom. Taurinensis. *M. H. P.* Chart. II, col. 217).

CCLXIX. — **Amadeus III et Adeleida comitissa monast. S. Justi.**

1184, 27 Julii, Die Jovis. Ripaltae.

Notitia Pius comes Amedeus donum fecit ecclesiae S. Justi domnoque.... de omnibus rebus mobilibus sive immobilibus et de omni terra ad curiam Almisii et ejus pertinentem, quae laborata fuerat per Paganum olim colonum ejusdem villae, quam Merlo vicecomes Avillianiae et filii ejus post mortem ipsius Pagani injuste invaserant. Comes simul reddidit omnem rectitudinem ecclesiae S. Justi in Villa Volveria, quam quondam miles Galterius custos castri Plociasci injuste detenebat. Reddidit et piscationem lacuum Avillianie quam predictus Merlo et filii ejus male detinebant, tali tenore ut ipse comes medietatem ipsius piscacionis habeat propter custodiam, alteram vero abbati et monachis liberam et immunem habere faciat.

Hac de causa abbas comiti dedit octingentos solidos, ea condicione, quod ipse comes cum uxore sua Adeleida cometissa omnia jura supradictae ecclesiae, quae in hac pagina scripta sunt, defendat etc.

Testes: Umbertus de Bocsosello, Aimo de Brianzone, Aimo Beraldus, Wala Secusiae, Bruno Beliardo, Henoc et nepos ejus Andreas, Otto Mainfredus de Vigidone et Albertus Oddo de Civisone.

(E R. Tab. Taurinensi, abb. S. Justi, fasc. I PETRUS VAYRA transcripsit).

CCLXX. — **Libertates Taurinensium.**

1186, Apud castellum S. Mariae prope burgum S. Donni.

Lotharius (II) imperator, interventu Richildae conjugis, fidelibus suis Taurinensibus omnia ea confirmat, quae Henricus imperator ipsis concessit, ita ut eamdem quam ceterae civitates Italicae libertatem habeant et quiete fruantur, salvo tamen in omnibus jure nostro et Comitis illius, cui vicem nostram commiserimus.

(E Tab. Civit. Taurinensis, *Privilegi e Concessioni*, fasc. I. cath. 1, n. 4. edid. *H. P. M.* Chart. I, col. 775).

CCLXXI. — **Lotarius Imp. et Amadeus III.**

1136.

Lotharius Rom. Imp. « castra movens... Vercellis, deinde Gamundi et Thurin civitates pertransiit, quarum habitatores sibi rebellantes

obpugnans, capiens et interficiens, humiliavit. Sic fecit castello quod dicebatur Rokkepandolf (*Rocca padi*). Post hoc ingressus est terram Hamadam (*Amadei*) principis, sue maiestati contradicentis, quem, destructis innumeris urbibus et locis munitis, subiici sibi compulit. »

(Ann. Saxo, apud Pertz *M. G. H.* tom. V, p. 771. Rocca Padi castrum apud Padum erat, in ea amplificata urbis regione, quae *via della Rocca* hodieque vocatur, et Valentinum Castrum paene attingit).

CCLXXII. — **Restitutio Leuoae et Narres.**

Sine anno et loco. (1186-1188).

Amedeus comes et marchio Ecclesiae S. Mariae Sedunensi et Guarino ejusdem Ecclesiae episcopo restituit Leucam et Narres, atque habitantes a fidelitate sibi facta absolvit.

Testes: Aimo de Bocxosel, Aymo de Briensone, Witfredus Borgia, Petrus de Alingio, Guillelmus et Guarnerius de Baix, Petrus de Salon, et alii quamplures.

(E Cod. Dip. De Rivaz. - Cibrario et Promis, Doc. pag. 46).

CCLXXIII. — **Monasterium Ripaltae.**

1187, 9 Januarii, Ind. xv. (Avillanae).

A. comes et marchio cum uxore sua M., laudante eorum filio Umberto, donat monasterio Ripaltae plenam libertatem possidendi, et acquirendi.

Testes fuerunt Israel cappellanus comitis, Amedeus de Tornone, p. de Camera, Amedeus de Camera, Raymundus de Tors, Galicianus de Thaurino, Falco de Secusia.

(E Tab. Archiep. Taurinensi, edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 38).

CCLXXIV. — **Petrus Cluniacensis Amadeo III s.**

Sine loco et anno (1187? 1188?).

Petrus (*venerabilis*) Cluniacensis abbas Amedeum comitem et marchionem rogat, ne Ludovici Francorum regis preces per nuntios factae repulsam patientur, neque innocenti puero patrum peccata, nec Reginae, vel regalium Aulicorum veteres forsitan culpae novo Regi noceant. Regia magnitudo et sanguinis communio cuncta de Amedeo

sperare suadent. Regis patruum decet Lodovici regno consulere et ipsi ut filio, in omnibus providere.

(Ex epistola Petri Venerabilis, lib. VI, epist. 82, *Opera*, Parisiis 1522, f° cxxxvi retro).

CCLXXV. — **S. Justus Secusiensis. Terra Arnaldi.**

1187.

Conventio inter Anselmum Abbatem S. Justi Segusiensis et Comitem Amedeum de terra Arnaldi Secusiae defuncti sine herede.

Amedeus Dei gratia comes et marchio monasterio Secusiensi S. Justi confirmat de honore Arnaldi tertiam partem in villa Canusch, et quidquid mulieres stultae de Bozolito habent ab Arnaldo in territorio Bozoleti, et vineam in Urbiano, aliaque bona a terra Galaciani sursum usque ad portam monasterii, campum juxta beullam de foresto etc.

Testes fuerunt Arduzun de barge. Vualo de Castro Segusiae, Petrus Ruffus, Petrus Bngif., Aymo beraldi, Falcose, Johannes be.

(E R. Tab. Taurinensi Cam. comput. *M. H. P.* Chart. I, col. 778. Ad villam Canusch *(Canisculum)* quod attinet, Cf. Doc. ccxix).

CCLXXVI. — **Abbatia S. Sulpicii.**

Sine anno et loco.

Amedeus comes et marchio, una cum Umberto filio suo, donationes confirmat Abbatiae S. Sulpicii factas, atque Gebennensi episcopo, Bellicensi episcopo, Goffredo de Maisino, Bernardo de Rossilione, Humberto de Grandimonte, Brunoni, Colardo et Amblardo deprecando jubet, ut eas custodiant et defendant.

(E Tab. Divionensi, *Gallia Christiana*, Tom. XV, pag. 648).

CCLXXVII. — **Ecclesia montis Jovis.**

1137.

Amedeus Dei gratia comes et marchio ecclesiae S. Nicolai Montisjovis, ad opus pauperum, donat totam terram hospitalis de castello Verdunensi quae jacet de Stipulis in sursum. Nullus vir aut femina hanc terram, et aliam quae dicitur Monsiuina, vendere del commutare praesumat, nisi servitoribus praedictae ecclesiae. Ubertus filius comitis per manum ejusdem laudavit hoc et firmavit.

Testes: Aymo de Brienzun, Amedeus de Uileta, Guillelmus de Masino, Aimo vice dominus, Amedeus de Porta.

(E Tab. Ordinis Ss. Mauritii et Lazari. *M. H. P.* Chart. II, col. 224).

CCLXXVIII. — **S. Maria de Lucedio.**

1187, 30 Julii, Augusti. Ind. XI.

Amedeus III comes cum uxore sua concedit monasterio S. Mariae de Lucedio jus pascendi animalia per omnem suam potestatem.

(MORIONDI, Monumenta Aquensia, I, col. 52, doc. 40. Charta non immerito suspecta).

CCLXXIX. — **Eccl. S. Mauritii et domini de Alingio.**

1188, 11 Martii.

Amedeus III comes, ecclesiae S. Mauritii Agaunensis advocatus, componit contentionem inter dominos de Alingio et dictam ecclesiam super villas Othonellum et Silvanum, et coram eo causam egit quidam italicus nobilis peritus et eloquens, dictus Arditio de Barges.

(E Tab. S. Mauritii Agaunensis. CIBRARIO et PROMIS. doc. p. 48).

CCLXXX. — **Prioratus Burgeti.**

Sine anno. In villa Camberiaco.

Amedeus comes Mauriannensium et marchio dat Orgerio priori de Burgeto omne edictum, omnemque justitiam sine omni retentione.

Testes fuerunt Gauterinus de Aquis, Guitfredus Bogis, Guilelmus de Maisins, Venocerius de Cou, et multi alii.

(E Tab. Burgeti, edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 88).

CCLXXXI. — **Ecclesia S. Sulpitii.**

Sine anno et loco (1188? 1189?).

A. comes et marchio Petrum Lugdunensem archiepiscopum ecclesiae S. Sulpitii consacrationem peracturum vehementer rogat, ut donationes illi factas auctoritate sua confirmet.

(*Gallia Christiana*, Tom, XV, p. 648).

CCLXXXII. — **Amadeus III et Arbertus epis. Taurinensis.**

Anno 1188 ? 1189 ?.

A. comes et marchio litteris, quibus Petro Lugdunensi archiep. sedisque apostolicae legato, ecclesiam S. Sulpitii commendat, haec adjungit:

« Super episcopo Taurinensi clamorem meum ad vos deferre compellor, qui, sub obtentu dilectionis et pacis, mihi perfidiae jaculum nequiter intorsit. »

(*Gallia Christiana*, Eccl. Bellicensis, Tom. XV, pag. 649–50).

CCLXXXIII. — **Leuca et Natria.**

Sine anno et loco (1138–1142) Apud Castrum Coflens.

Placitum coram Petro Tarantasiensi archiep. Aroldo Mauriannensi, Humberto Augustensi, Joanne Valentino, Arducione Gebennensi episcopis. Dixit Garinus Sedunensis episcopus villas Leucam et Natriam ab Henrico imperatore ecclesiae suae datas fuisse, atque Amedeum comitem, qui eas sibi vindicare volebat, jam pridem eidem ecclesiae libere illas possidendas concessisse, laudantibus fratribus suis Reinaldo, Humberto, Guillermo, et baronibus suis Rodulpho de Fulciniaco, Bosone de Alingio... de Bloniaco et multis aliis. Comes, inspirante Deo, hoc confessus est. Igitur duae villae praedictae adjudicatae sunt.

(E Tab. Valerae. Gremaud, *Documents relatifs à l'Hist. du Vallais*, I, pag. 83, doc. 128)

CCLXXXIV. — **Amadeus III et Raynaldus frater ejus.**

Sine anno et loco (1140 ?).

Amedeus comes et marchio, et frater ejus Raynaldus, laudantibus Aimone vice-comite, fratribusque suis Gunterio, Willienco, Aymerico, ceterisque provinciae optimatibus, et rogatu Petri archiepiscopi Tarantasiensis, spoliis beneficiorum ecclesiasticorum renuntiat.

Testes: Aymo de Borsellis, Pontius prior Tarantasiensis, Gonterius consanguineus ejus, Petrus Desiderius, Anselmus de Bellacomba, et multi alii.

(Besson, *Mémoires pour l'Histoire eccl. des Diocèses de Genève, Tarantaise, Aoste et Maurienne, Preuves*, p. 352, doc. 19).

CCLXXXV. — **Carthusia Arveriensis.**

Sine anno et loco (1142?).

Amedeus III comes Sabaudiae donat locum Carthusiae Arveriensis Ordini Carthusiensi.

(Acta Sanctorum, Octobris, Tom. III, p. 781. GUICHENON, *Hist. de la Bresse et du Bugey*, p. 177).

CCLXXXVI. — **Domus Arveriae.**

Sine anno et loco.

Amedeus comes Heremo Arveriae fratrum certos terminos praefigit, eosque describit. Post Amedei III mortem Umbertus III filius ejus hoc ipsum confirmavit.

Testes fuerunt Moyses abbas de Tonomonte, Wilelmus de Fracia Altaecumbae monachus, Willelmus miles de Montefalconio.

(E Tab. Carthusiae Arveriensis, edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 37).

CCLXXXVII. — **Monasterium Staffardae.**

1143, 2 Martii. Ind. VII. Laterani.

Celestinus II P. M. monasterium de Stafarda a Mainfredo marchione (*De Vasto*) et matre sua et episcopis Taurinensibus fundatum in protectione B. Petri et sua suscipit, ejusque bona confirmat.

(E R. Tab. Taurinensi, Commenda di Staffarda, fasc. I, n. 5, edid. S. QUINTINO, *Osservazioni critiche sopra alcuni particolari delle storie del Piemonte ecc.* Non satis constat, utrum Manfredus Bonifacii de Vasto filius, ab Adelaide de Romagnano ortus sit, an a Matilde Hugonis Magni filia, quam Bonifacius tertiis nuptiis in matrimonium assumpsit).

CCLXXXVIII. — **Amadeus III, Majes uxor ejus et Umbertus eorum filius. Eccl. S. Mauritii Agaunensis.**

1143, 30 Martii. S. Julini in Maurianna.

Amedeus comes et marchio et Majes comitissa uxor ejus et Umbertus eorum filius reddunt praeposituram ecclesiae S. Mauritii Agaunensis ad communitatem fratrum, retento receptu suo et justis con-

suetudinibus, quae ad comitatum pertinent. Propter hoc anniversarius dies Humberti II comitis in Agaunensi martyrologio scriptus erit et celebratus.

Hujus rei testes sunt Ayraldus epis. Maurianensis, Turembertus, Petrus de Sailon, Willelmus de Maisins, Amedeus de Camera, Raymundus de Tors.

Compositor extitit Hugo Agaunensis ecclesiae praepositus.

(E Tab. S. Mauritii Agaun., edid. Guichenon, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 34; recensuerunt Cibrario et Promis, Doc. p. 60).

CCLXXXIX. — **Amadeus III Adelaidis com. nepos et successor. Domus Ripaltae.**

(Actum Taurini. — Sine anno).

Amedeus comitis Umberti Refortiati filius, ac Dei gratia Burgundiae et Lombardiae comes, neposque comitissae Aladiae et hereditario jure successor, canonicam Ripaltensem in suo allodio constructam in custodiam et protectionem suscipit, pro redemptione animae suae et aviae suae.

(E Tab. monast. Ripaltae, edid. Guichenon, *Preuves* pag. 84).

CCXC. — **Matildis Lusitanorum regina.**

1146. mense Julio.

« Ego Alfonsus Portugalensis rex, una cum uxore mea regina D. Mahalda filia comitis Amadei de Moriana, » quoddam privilegium concedo ecclesiae sanctae Crucis Conimbriensis.

(Cibrario, *Notizie di Matilde di Savoia regina di Portogallo*. In actis regina modo Matildis, modo Mahalda, Manfalda, Mahaut sine discrimine vocatur).

CCXCI. — **De Matilde Lusitanorum regina.**

1147, 12 Martii.

Alphonsus rex memorat hac die Santarem in ditionem redigisse, « me tunc agente trigesimum fere ac septimum aetatis annum, et regni decimum nonum, anno nondum evoluto quo duxeram uxorem Mahaldam nomine. »

(Cibrario, *Notizie di Matilde di Savoia regina di Portogallo*).

CCXCII. — **Amadeus III, Matildis comitissa uxor ejus. Domus S. Sulpitii.**

Sine anno et loco (1147?).

Tempore quo per praedicationem D. Bernardi abbatis Claraevallensis regem Francorum ad susceptionem Hierosolimitanae peregrinationis incitavit, Amedeus comes et marchio ad Dei militiam pro defensione crucis, contempto consulatus honore, ejusdem crucis munimine convolavit, et fratribus S. Sulpicii terminos constituit, infra quos nullus caperet praedam, violentiam inferret, aut aedificare posset Iisdem quoque concessit pascua ad usum pecorum in tota terra sua, pro anima Umberti filii sui. Hanc autem donationem fecisse declarat, antequam uxor ejus Matildis liberos procreasset.

(Edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 35. — V. Doc. CCLX, pag. 95).

CCXCIII. — **Statuta Secusiae.**

Anno 1147 (?).

Amedeus III comes et marchio civitatis Secusiensis consuetudines confirmat. (Monumentum deperditum est).

CCXCIV. — **Monasterium S. Justi Secusiensis.**

1147, 8 Martii. Ind. x. Secusiae.

Amedeus Dei gratia comes et marchio, filius Umberti comitis et marchionis, et Umbertus filius ejus notum faciunt Alricum episcopum Astensem, Magnifredum marchionem et Bertam comitissam construxisse monasterium S. Justi Secusiensis, eique tertiam partem Secusiae, dempto castro, contulisse. Cognoverunt etiam Umbertum II genitorem Amedei, nec non Oddonem marchionem et Adelegildam comitissam non solum custodisse monasterii bona, sed illi dedisse quartam partem de Ferusasco cum suis pertinentiis, et medietatem cortium Cauriae et Condoviae. Amedus III et Umbertus pater et filius fatentur nefando suorum consiliariorum hortatu bona dicti monasterii saepissime perturbasse per

bannum et alias oppressiones innumeras. Nunc vero, sua ingemiscentes delicta, beneficia a decessoribus collata laudare et custodire decernunt; praeterea donant quidquid habent in Almesio, Rubiana, Capriis, Condoviis, Burgonio, S. Antonino et in castello petra.

Amedeus autem, recordans facinorum suorum, cum ob poenitentiam ab Eugenio III P. M. acceptam, Hierosolimam ire debeat, ac sepulcrum Redemptoris visitare, ad tanti itineris relevare necessitatem, a Silvione abbate undecim millia solidos Secusiensis monetae accipit.

Actum in praesentia Eugenii papae, quorumdam episcoporum, magistri Villelmi de Vienna, Ardutionis de Bargiis, Petri Bugini, Guillelmi Amasini, Aimonis Berardi et Eberardi de Augusta.

Oggerius Notarius S. Palatii scripsit.

(GUICHENON, *Preuves*, pag. 36).

CCXCV. — **De spoliis Augustensium epis.**

1147.

Amedeus comes et filius ejus Humbertus et frater ejus Ranaldus precibus Hugonis Augustensis episcopi, consuetam expoliationem defunctorum episcoporum Augustensium prohibet, et ecclesiae Augustensi concedit.

Testes fuerunt magister Giraldus, Aymo vice comes, et Boso filius ejus et frater ejus Anselmus. Vuillelmus de Monte Jouet. Vuillencus de Arnaco. Glearsinus et Boso et Oddo de porta S. Ursi. Hugo de Bardo et alii multi.

(E Tab. epis. Augustensi, edid. *M. H. P.* Chart. I. col. 794).

CCXCVI. — **Amedeus III ad bellum Sacrum proficiscitur.**

Anno 1147.

« *Aussi se croisa li cuons de Morianne oncle le roi Louis et plusier autres Barons a grant renommée.* »

(*Les grandes chroniques de France*, R. G. et F. script. tom. V. Amadeus III ad bellum Sacrum proficiscens, pro impensis itineris a Monasterio S. Mauritii Agaunensis auream tabulam accepit, eique quaedam bona pignori dedit, de quibus agitur in subsequentibus documentis).

CCXCVII. — **Obitus Amadei III.**

1148, 30 Martii. Nicosiae in Cypro insula.

« Anno 1148: Amedeus comes Maurianensis in Cipro insula obiit. »

(Sigiberti, Continuatio praemenstratensis. Pertz; *M. G. H.* Tom. V, pag. 458).

« Kal. Aprilis obiit Amedeus comes. »

(Ancien. miscel. de la Bib. de Genève. Mallet, *Doc. Genevois inédits pour la généal. historique de la R. Maison de Savoie*).

« Anno Domini MCXLVII... Amedeus comes Mauriannensis in Cypro insula obiit.

(Bernardi Guidonis vita Eugenii III, Muratori, R. I. S. Tom. III, p. I, col. 488, Contra *Annivers. monasterii Abundantiae*, in R. Tab. Taurinensi adservata, sub anno MCXLIX: « III kal. Aprilis ob. Amedeus comes ».

Samuel Guichenonius nomina procerum qui cruce insigniti Amadeum III comitati sunt, collegit, eaque referre non abs re videtur: Aymo dominus Fuciniaci et Rodulfus ejus filius; Guiscardus dominus de Bellojoco, Guerricus dominus de Coliniaco, Guilelmus Viennensis, Umbertus dominus de Thoire, Desiderius de Balma, Guilelmus de Castellione, Joffredus de Miolano, Guilelmus de Ameysino, Amadeus de Montemajore, Petrus de Seyesello, Umbertus de Luyrieux, Guiscardus de Viriaco, Ademarus de Ferlay, Petrus de Cuyna, Oddo et Amadeus de Camera, fratres Florestanus de Chevelu, Boso de sancto Romano, Guilelmus de Chevron, Joannes de Bussy, Raimundus de Turre, Ademarus de Brissieux, Aymo de Brianzono, Guilelmus de Morney, Tibaldus de Montefalcone, Ginesius de Faverges, Joffredus de Rubeomonte, Ulricus de Saumont, Joffredus de Bellomonte, Umbertus de Grandimonte, Bernardus de Roussillonè, Aymo de Bocsozello, Joffredus de Chevron, Milesius de Serrières, Petrus de la Palu, Walterius de Aix, Petrus de Gresy, Guilelmus de Chignino, Ardicio de Barge.

VI.

UMBERTUS III

MCLXVIII-MCLXXXIX

Umbertus III, Amadei III filius et successor, Avillianae natus, uti perhibent, sed anno incerto, undetriginta annos regnavit. Fatendum est principi piissimo, qui in summas temporum difficultates incidit, vires animumque aliquando defuisse, quibus insignis fuit Ludovicus IX Francorum rex, relatus, aeque ac Umbertus III, inter Beatos. Idcirco opportunus injuriae; nam, etsi ditionis situ ac natura potens erat, nutans inter Fridericum I imperatorem et italicas civitates, quum medium esse jam parum liceret, apud foederatos in calumniam venit, atque ab imperatore prava fortunae passus est. Ad hoc cum eo, quamvis Alexandro III P. M. acceptissimo, longas tamen exercuit inimicitias episcopus Taurinensis, eique Anthelmus, episcopus Bellicensis, sacris interdixit.

Aerumnis defessus, diem suum obiit anno MCLXXXIX, *relinquens Thomam, puerulum decem annos natum, totius Umbertinae domus columen.*

CCXCVIII. — **Amadeus de Altaripa tuitor Umberti III.**

1148, 1149.

« Cum autem praedictus Humbertus, morte patris audita, adhuc tenerioris aetatis ferre aut implere comitatus negotia non valeret, inito consilio cum suis, nos mandavit; quod vellent, aperiunt, ut Comitem et ipsius terram tueremur, obnixius deprecati sunt. Verebantur etiam quia si Duci vel Comiti seu saeculari cuilibet personae tuitionem illam permitterent, forsitan non fidelis tutor, sed potius improbus

et avarus exactor, propriis utilitatibus consulens... pupilli haereditatem pauperem et inopem ei relinqueret.., Nos... crebra... deprecatione flexi, et... religiosorum virorum persuasione compulsi et quia in Umbertum Comitem et patrem ipsius amicitiam semper habuimus, ... tuitionis suscepimus curam. »

(Ex notitia supra *Auream tabulam Agaunensem*, de qua vide ad annum MCL, n. . . . . . . GUICHENON, *Preuves*, p. 38).

CCXCIX. — **Ribaldus de Ripalta. Consules Taurinenses.**

1149, 1 Julii. Ind. XII.

Breve recordationis. Ribaldus de Ripalta et cives Taurinenses conveniunt quod Ribaldus habitet Taurini per tertiam partem anni per guerram assidue, excepto per guerram Comitis, nisi remaneat per Consules, promittens se guerram cum Taurinensibus facturum et de Ripalta et de Trana et de suo posse omnibus personis, salva justitia Gualfredi et suorum propinquorum Guillelmi, Gualfredi et Amedei. E converso Taurinenses jurant Ribaldo se salvaturos esse omnes suas possessiones et jura, salvis sacramentis Episcopo in Ripolis factis, et Astensibus et Vercellensibus. Propter quod Taurinenses dant Ribaldo decem libras in una domo et terram quam Gendicenus tenebat in terra Taurini; praeterea dederunt ei in Clusa Taurinensi, si haberent verram cum Comite, quantum Gualfredus ibi habet. Per pacem dant ei nummum unum et aliud pro unoquoque trossello, et hoc jure feudi, et ipse fidelitatem eis facere debet.

Interea, si discordiae inter eos orirentur, consilio abbatis S. Solutoris et Gualfredi et unius ex consulibus Taurinensibus in XL dies finiantur.

Interfuerunt Ribaldus, Gualfredus et Rogerius fratres; Consules Taurinenses Ansaldus Tibentaria, (*Tibentarius* legit Durandius), Uricus Zucca, Taurinus Ruffus, Rodulphus Alexandriae, Taurinus Duboli, Bonus Joannes de Mercato, Jacobus de sancto Ambrosio, Bonus Joannes Zucca approbaverunt.

Jordanus judex, Joannes Alexandriae, Arnaldus Amicus de Planitia.

Ogerius notarius scripsit.

(F. A. DELLA CHIESA, *Descrizione del Piemonte*. M. S. Adservatur Taurini in Bibl. Regis. DURANDI, *Piemonte traspadano*, pag. 157. CLARETTA, (*Sugli antichi Signori di Rivalta*, 1878, pag. 121).

CCC. — **Adelais Amadei III filia,**
Umberti Belli-Jooi uxor.

Anno . . .

« Umbertus Beliocensis ille qui filiam Amedei comitis Savoiensis habuit uxorem. »

(E Chartario Eccl. Belli-Joci. La Mure, *Hist. des ducs de Bourbon et des comtes de Ferez*).

« Humbertus Belli Joci dominus, sororius praedicti Comitis Humberti. (*Umberti III*). »

(Acta Sanctorum, Tom. III, 6 octobris, pag. 781. V. Savio, *I primi conti di Savoia*, pag. 81).

CCCI. — **S. Maria de Lucedio.**

1049, Ind. xii. In burgo Secusiae.

Hymbertus III comes et. . . concedunt monasterio S. Mariae de Lucedio jus pascendi animalia per omnem suam potestatem.

(Moriondi, Monumenta Aquensia, I, Doc. 48, col. 58. Charta non sine interpolationis nota, vel spuria).

CCCII. — **Domus de Altacresta.**

1150.

Humbertus, Maurianensis comes et marchio, Magnoni abbati de Altacresta et fratribus ibidem Deo servientibus donat locum de Tineries et totam vallem a reposorio usque ad montanam de Chages et omnia pascua et pedagia et liberum transitum per terram suam.

Testes sunt Valcherius de Blona, Giroldus de Evian, et Arluinus frater ejus, Ubertus dapifer de Cuuris, Pontio da Conflens minister. Petrus Thouet hanc cartam sigillavit.

(E Tab. Civ. Lausannensis, edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, pag. 62).

CCCIII. — **Aurea tabula ab Eccl. S. Mauritii Amadeo III data.**

1150, Feria II, luna IV, (6 Martii vel 27 Novembris) In monasterio Agaunensi.

Humbertus comes et marchio, nobilissimi comitis et marchionis Amedei filius, monasterio S. Mauritii Agaunensis concedit receptus de Baignes et Octiart, x scilicet libras in perpetuum. Haec praemittuntur; Amedeus III pro tabula aurea valente LXVI marcas auri, quam Jerolosem profecturus secum apportaverat, canonicis Agaunensibus in vadimonium posuerat receptus de Camblario et de Intermontibus; postea Hubertus Amedei filius illos redimere volens, spoponderat canonicis centum marcas argenti et duas marcas auri, quarum singulis annis viginti quinque marcas argenti et dimidiam auri redderet, ita ut quarto anno summam debiti persolveret, et ad majorem certitudinem obsides dederat. Sed quia hoc ad comparationem tabulae facere nihil videretur, Umbertus in scrupulum venit; quapropter monasterio receptus de *Baines* et *Octeat*, x scilicet libras, quas ibi singulis annis accipere solebat, donat.

Testes sunt Amedeus Lausanensis episcopus, Lodoicus Sedunensis epis. Hugo abbas ejusdem loci, Aimo de Fulcinia, Petrus del Touet, Stephanus de Rumillie, Odo de Baines, Reinaudus de Viteat, Falco de S. Mauritio, Ricardus Cancellarius et complures fratres coenobii.

(E Tab. S. Mauritii Agaun., edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 88. *Recensuerunt* CIBRARIO et PROMIS, *Doc. sig. mon.* p. 64).

CCCIV. — **De Aurea tabula Amadeo III data.**

1150, Feria II, luna IV.

Amedeus Lausanensis episcopus in quadam notitia instar brevis recordationis narrat: cum Amedeus comes et marchio, Humberti comitis pater et alterius Humberti filius, ire jam secundo Jerosolymam intenderet, et cum rege Francorum Lodoico nepote suo se ad debellandas nationes barbaras prepararet, auream tabulam Agaunensem sibi praestari ad impensas itineris a fratribus monasterii S. Mauritii postulavit. Deinde pacta conventa cum illo et cum Umberti III refert, prout in praecedenti charta legitur.

(E Tab. S. Mauritii Agaun., edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 88. *Recensuerunt* CIBRARIO et PROMIS, *Doc. sig. Mon.*, p. 67).

CCCV. — **Prioratus de Burgeto.**

Sine anno. In villa de Camberiaco.

Umbertus comes Mauriannensium et marchio confirmat donationem priori de Burgeto ab Amedeo comite factam.

Testes fuerunt Ugo Berardus de Templo, Berlio de Chambuesco, Petrus Viboldi, Dominus Gotafredus prior de Burgeto, et alii.

(E Tab. Burgeti, edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 38).

CCVI. — **Monasterium de Alta-Crista.**

Sine anno et loco.

Umbertus Morianensis comes et marchio Magnoni abbati de Alta Crista donat partem Alpium de Chages, eique ex parte castri de Cillon quietum transitum et reditum praebet.

Testes: Galcherius de Blonay, Willemus Visins, Giroldus de Evian et Arlvinus frater ejus, Imbertus Dapifer de Cauris, Pontius de Conflens minister, Petrus de Touet et alii.

Petrus de Buet chartam sigillavit.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 28, qui donationem Umberto II, affinxit. Monasterium de Alta-Crista conditum est an. 1134).

CCCVII. — **Eccl. S. Ursi Augustensis.**

Sine anno et loco (1150).

V. (leg. A.) Comes et marchio, B. (*Bosoni*) praeposito et A. fratri suo, B. (*Bosoni*) vicecomiti, ceterisque suis fidelibus salutem. Coram domino A. (*Amedeo*) episcopo Lausannensi et A. (*Arnulpho*) episcopo Augustensi praecipit ut res et loca Canonicorum S. Ursi Augustensis firmiter custodiantur. Qui mandatum infregerit, XL marcas puri argenti solvet.

(E kalendario S. Ursi Augustensis, in Tab. Ecclesiae adservato. *M. H. P.* Chart. I, col. 1339, cum mendosa die 1239, Vide J. A. Duc *Esquisses Historiques des évêques d'Aoste*, 1885, pag. 46. Sequitur huic chartae altera ab Amadeo IV data an. 1239. Vide diem).

CCCVIII. — **Umbertus III et Faidiva com. Domus Ulciensis.**

1151, 8 Januarii. Ind. XIV. Ulcii.

Umbertus comes et uxor sua Faidiva montanas quas Amedeus de Castello et Amedeus de Rumiliano a patre suo Amedeo Comite pro viginti solidis annualibus habuerant, ecclesiae S. Laurentii Ulciensis donant, exceptis duodecim solidis annualibus, quos canonici ei debent in Nativitate Domini. Pro hoc dono Petrus Ulciensis et Secusiensis praepositus Umberto comiti et Faidivae comitissae dedit 12 libras Secusienses et accessoribus suis 60 solidos.

Testes fuerunt Ademarus de Breiseu, Pontius de Cens, Ricardus Sizambra, Isnudo de S. Michaele, Lantelmus de Aurolla, Amedeus de Castello, Aymo de Ruviliasco, Arquizo de Aimma, Durantus Clarellus, Ubertus Ruffus, Ricardus de Chambaina, Petrus de Touet, Marcus de Caumonte, Petrus Judex, Falco Cambiator, Guido Beraldi, Rivulfus de Gelaza, Gauterius Corregenimi.

Montanae istae Terra Franca nominantur. Termini sunt a rivo de Castel-petra et finibus Melonis usque ad fines Caumontis.

(Edid. GUICHENON, *Preuves*, p. 41. Faidiva domo Tolosanorum comitum orta creditur. Quo anno eam Umbertus III uxorem duxerit, ignoratur; tamen e notitia Amadei de Altaripa (Vedi Doc. n. CCCVIII). opinari licet post annum 1049. Mortua est ante annum 1165, sine liberis).

CCCIX. — **Eccl. S. Laurentii Ulciensis.**

1152, luna sexta, Feria II.

Umbertus, illustrissimus comes et marchio, monasterio et Galterio abbati sancti Laurentii Ulciensis, Petro mediatore, donat terram, quae fuit quondam Rainerii, apud Urbianum et jus suum in ea cum annuali censu XV nummorum.

Testes fuerunt prior de S. Maria, Petrus mediator, Bernoudus de Lento, Desiderio de Casto, Lando canonicus, Villermus Raiboldus, Lanfredus sacerdos, Gigo Sicherius, Petrus del Tovet, Humbertus Rufus, Haimo Beraldi, Petrus Pusin, Petrus Pollet et Joannes frater ejus, Willermus Niger, Marcus Canifex cum filio suo Guigono.

(*Chartarium Ulciense*, Doc. LX, pag. 68).

CCCX. — **Argentaria fodina Augustana.**

Sine loco et anno.

Umbertus comes et marchio, petente Lausannensi episcopo, nec non majores viri et capitanei Augustanae vallis, donat Arnulpho Augustano episcopo medietatem argentariae, excepta quinta parte vice comitis, si in terra ecclesiae inventa fuerit, aliaque privilegia, quae ad argentarias fodinas spectant, concedit.

Testes: Amedeus Lausannensis episcopus, Reynaldus comitis Huberti patruus, Petrus de Thoueto, Richardus Anserminus vice comes, Guillelmus de Bardo, Aymo de Bardo, Boso, Eliasinus et alii de porta S. Ursi, Ebrardus Graciano, Ebrardus de Nuges, Guillelmus de Bono de Avisio, Aymo vice dominus, Petrus de Sallione, Aymo de Rumilliaco, Rodulphus vice dominus, Sales de Boleza, Petrus de Volta, Anserminus de Porta et alii quamplures.

(E Tab. epis. Augustensi. ALBINI, *Mémoires historiques sur monseig. Bally*, Turin, 1865, pag. 189).

CCCXI. — **Prior S. Ursi Augustensis.**

1153, VIII kal. Decemb.

Anastasius P. M. Priori et fratribus S. Ursi Augustensis donationem Strattae confirmat, quam Umbertus (*III*) comes Mauriannensis fecerat.

(Ex Arch. Ss. Petri et Ursi, civit. Augustae).

CCCXII. — **Eccl. S. Ursi Augustensis.**

1153-54 (?) 24 Novembris. Laterani.

Anastasius IV P. M. Petrum Archiepiscopum Tarantasiensem et Arnulfum episcopum Augustensem de Strata ab Umberto III comite Maurianensi donata ecclesiae S. Ursi certiores facit, eamque confirmavisse declarat.

(E Tab. S. Ursi Augustensis. *M. H. P.* Chart. I, col. 804).

CCCXIII. — **Asta. Fridericus I Imp. in Italiam descendit.**

1155, 1 Februarii.

« Anno domini MCLV in Kalendis februarii civitas Astensis destructa fuit incendio quasi tota per imperatorem Fredericum primum, ad instanciam Anselmi episcopi Astensis et Guillelmi marchionis Montisferrati. »

(OGGERII ALFERII Chron. In Cod. Astensi de Malabayla, Tom. II, pag. 58).

CCCXIV. — **Dertona. Fridericus I Imp.**

1155.

« Inclita Terdona, nimis irascente corona,
Victa ruit prona, capiens tria tristia dona;
Quippe tribus vicibus diruta tota tomat. »

(GOTIFREDI VITERBENSIS. *Gesta Federici*, PERTZ, *M. G. H.* Tom. XXII, pag. 38).

« Jamque ruunt turres, jam murus decidit urbis.
Jam Terdona cedit Romani principis ira.

(Frederici Aenobarbi gesta. Lib. I, v. 450-51. Ed. MONACI, *Fonti per la storia d'Italia*, Istituto storico, 1887).

CCCXV. — **De Astensibus captivis Umberti III.**

Sine anno et loco 1155-1175.

Pax inter Astenses et Guilelmum marchionem Montisferrati majorem, Guilelmum et Conradum ejus filios, quam Guilelmus major jurabit observare post adventum ipsius.

Marchio debet recuperare incarceratos Astenses, quos habet comes Moriene sine omni tenore. Et adjuvare eos bona fide ad recuperandum quod ibi amiserunt...

Et ubicunque in partibus suis est alodium virorum Astensium, dimittet eis ita libere tenere, ut ipsi tenebant ante adventum imperatoris Frederici in Ytalia.

(Cod. Astensis de Malabayla, in Actis R. Acad. Lynceorum; ed. Q. SELLA, Tom. III, p. 688-89).

CCCXVI. — **Consules Taurinenses.**

1156, 26 Martii. Ind. IV.

Albert f. quondam Aymerici de Venasca tertiam partem oppidi Venascae confert Carolo episcopo Taurinensi, qui eum de dicta tertia parte per feudum investit.

Interfuerunt Bonis Johannis Zuca, Taurinus Rufus, Albert Vaca, et Stefanus Consules, et multi alii clerici et laici.

Otterio notarius scripsit.

(E Tab. Archiep. Taurinensi Chath. 19, Fasc. I, n. I. *M. H. P.* Chart. I, 808).

CCCXVII. — **Obitus Matildis Lusitanorum reg.**

1156, 5 Decembris.

« Obiit domina Mafelda Portugalensis regina ».

(Ex Obit. S. Vincentii de Fora Alyssi penensis. Cibrario, *Notizie di Matilde di Savoja regina di Portogallo*).

CCCXVIII. — **Margarita Amadei III filia.**

1157.

Vuillermus Bellicensis episcopus quaedam bona concedit fratribus Sancti Sulpitii.

Testes: Petrus Tarantasiae archiepiscopus, aliique; Dulgardis abbatissa de Buntz, Margarita soror comitis Sauoyae.

(Guichenon, *Histoire de Bresse et de Bugey,* Lyon, MDL. (Leg. MDCL, Tom. I, P. II, pag. 23, 24).

CCCXIX. — **Regalia epis. Sedunensis Bertolfo duci de Zaringen concessa.**

1157.

« Burgundiam ingressus (*Fridericus I imperator*) terram soceri sui Reginaldi comitis (*Burgundiae*) qui jam obierat, in ditionem suam redegit, ac regnum Bergundiae cum Archisolio Arelatensi, quod duces de Zaringin, quamvis sine fructu, tantum honore nominis jure bene-

ficii ab imperio jam diu tenuerant, a Bertolfo duce extorsit, praestitis sibi trium episcopatuum advocatia cum investitura regalium, scilicet Lausannensis, Genevensis, Sedunensis. »

(OTTONIS S. BLASII. Chron. *M. Ger. H.* Tom. XX, p. 314. Sabaudiae comites regalia in episcoptu Sedunensi habebant, quapropter collatio regalium in Bertoldum de Zaringen Umberti III jura laedebat).

CCCXX. — **Fridericus I Imp.**

1158.

Fridericus, habito consilio et provida circumspectione usus, hoc modo vias et Alpium transitus censuit distribuendos... Dux Bertholfus de Zaringen vel potius Burgundiae cum Lotharingiis per viam Julii Caesaris, quae modo Mons Jovis vocatur.....

(OTTONIS FRISING. Gesta Friderici Imp. *M. Gen. H.* Tom. XX, 430).

CCCXXI. — **Umbertus III et Eccl. S. Mauritii.**

Sine anno et loco.

Humbertus comes Ecclesiae S. Mauritii Agaunensis pignorat omnia quae habet in potestate de Bannes et Oties a ponte S. Brancherii pro mille solidis Mauritiensis monetae, et dat de suis baronibus quosdam obsides. Hi autem sunt Wido de Alingio, Tebaudus de Villeta, Willelmus de Turre, Enguiro de Eviano, et Alvinus frater ejus, Falco de sancto Mauritio, Aymo de Sailon.

(E Tab. S. Mauritii, edid. GUICHENON, *Preuves*, pag. 40; *recensuerunt* CIBRARIO et PROMIS, Doc. p. 72).

CCCXXII. — **Karolus Episcopus Taurinensis.**

1159, 25 Januarii. Ind. VII. Apud Castrum Occimianum.

Fredericus I imperator, Karolo Taurinensi episcopo omnes possessiones illi vel a quolibet praedecessore suo inscriptionis vel investiturae titulo collatas confirmat, ita ut intus et extra per circuitum x miliares, in cortibus et castellis episcopii habitatores eorum lites definire non liceat, nisi ante Karolum episcopum, vel legatos suos. S. Frederici, Reinaldus S. Palatii Imp. Cancellarius recognovit.

(E Tab. Archiep. Taurinensi *M. H. P.* Chart. I, col. 815).

CCCXXIII. — **Monasterium Altaecumbae.**

Sine anno et loco.

Humbertus comes Mauriannensis singulis annis monasterio Altaecumbae donat viginti libras piperis apud Secusiam in curia sua.

Testes fuerunt episcopus Lausannensis, Reynaldus patruus suus, Aymo de Briançon, vicecomes de Baratonia, Petrus de Pontevitreo, Petrus de Cuyna, Aymo de Rumiliaco, etc.

(E Chart. Altaecumbae, edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 41).

CCCXXIV. — **Lausannensis Episcopus Umberto III s.**

Sine anno et loco.

Amadeus (*mendose Aymo*) Lausannensis episcopus Humberto comiti de Sabaudia salutem. Devoto servitio cum Amedeo comite, Umberti patre, tamquam intimo amico conjunctus eum rogat ut ecclesiam. S. Mauritii Agaun. defendat contra dominum Raynaldum, qui illam violenter invasit, terramque repetit quam sub nomine pignoris Amedeus (III) pro tabula aurea occasione itineris Jerosolimitani accepta, ecclesiae dederat.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. edid. Guichenon, *Preuves*, pag. 38).

CCCXXV. — **De Agnete Umberti II f., Archambaldo VII Borbonio nupta.**

Sine loco et anno (1138-1161).

Lodovicus VII Francorum rex Pontium abbatem Vizeliacensem certiorem facit omnino laxare offensas, quas adversum eum habebat, et hoc deprecantibus Archambaldo VII de Borbonio et ejus coniuge *(Agnete de Sabaudia, Adelaidi reginae Francorum sorore.*

(R. G. et Fr. Script. Tom. XVI Epist. LVI, pag. 13. Agnes de Sabaudia, obiit anno MCLXXI).

CCCXXVI. — **Excidium Mediolani.**

1161, mense Aprili.

« Data est publice licentia et potestas comiti de Blandrate de quo Mediolanenses confidebant, et Ose et filio ejus Alberto, et Anselmo

de Orto, ut de pace cum imperatore loquerentur... Cumque hec tractarentur... quidam miles illius civitatis consul Jordanus Scacabarocius clam et privatim silenti nocte ad imperatorem properavit, pollicendo ei civitatem Mediolani sine aliqua contradictione esse daturum... Interim venientes ante suam praesentiam (*Friderici*) comes de Blandrate et socii dicentes pacem... imperator dixit eis ut sine mora a conspecto suo recederent, alioquin eos faceret suspendi... *Mediolanenses*, quia victualia eis deficiebant, .. proposuerunt se reddere et civitatem Mediolani imperatori. »

(Chronicon de rebus gestis in Italia, edid. HUILLAD-BREHOLLES, Parisiis, 1856; pag. 122).

Fridericus Imperator: « Fozata complanamus, muros subvertimus, turres omnes destruimus et totam civitatem in ruinam et desolationem ponimus.

(VINCENTIUS DE PRAGA, Chronicon.

CCCXXVII. – **Galvaneus Flamma.**

1161.

« Comites Sabaudiae in destructione civitatis Mediolani multum ferventes fuerunt ».

(GALVANEI FLAMMAE, Manipulus Florum, sive *Hist. Mediolanensis*, cap. CCXVI. MURATORI, R. I. S. Tom. XI. Galvanei Flammae dictum non magni faciendum est, quippe qui praesens eventibus non aderat; vixit enim saeculo XIV, atque rerum scriptorem non satis probabilem se frequenter ostendit. Nulla aequalium testatione, nullo documento Umbertum III imperatorem comitatum esse in Italia dignoscitur ante annum 1174, quo anno, veluti pacificator, Imperatoris castra secutus est. Omitto virum piissimum partes Friderici, tum Romano Pontifici infensissimi, remisse, non actuose fovere debuisse; praeterea neminem fugit donationes episcopo Taurinensi, ab Aenobarbo factas anno MCLIX, vulnera vulneribus addidisse. In hisce rerum adjunctis princeps non loricatus Alpenses vel Altoscumbenses secessus quaerebat. Cetero vide ad annum MCLXVIII Joannis Sarasberiensis epistolam).

CCCXXVIII. — **Ecclesia montis Jovis.**

Sine anno. 28 Maii. Laterani (1161-1179).

Alexander III P. M. confirmat concessionem ab Amedeo quondam Mauriannensi comite Ecclesiae Montis Jovi factam, scilicet possidendi homines de feodo comitis, qui se eidem ecclesiae tribuere vellent.

(E Tab. Hospit. Montis Jovis. GREMAUD. *Doc. relatifs à l'hist. du Vallais*, p. 1070, Doc. 157).

CCCXXIX. — **Bellum Umbertum III inter et Raimundum V comitem Tolosae.**

1168-1178.

« Inter... comitem Humbertum et Raimundum comitem Tholosanum, in regione Gratianopolitana eo tempore dominantem, non sine multis incendiis et homicidiis guerra » agitatur.

(« E speculo Historiali ». VINCENTII DE BURGUNDIA dicti Belvacensis, parte III, cap. CXXIV. DUCHESNE, *Historiae Francorum* Script. Tom. IV, pag. 439).

CCCXXX. — **Umbertus III Gerardi comitis captivus.**

1168-1178.

« Sciendum est quod comes Girardus (de Mascons) eundem comitem Savoie cepit, dum guerram secum haberet; unde pro recuperatione sua in 6000 marcis ei tenebatur ».

(E Chronico universali ANONYMI LAUDUNENSIS ad annum 1170. PERTZ, *G. H. M.* XXVI, pag. 447. Anonymus Laudunensis *Amadeum* comitem Sabaudiae captivum dicit).

CCCXXXI. — **Anthelmus Epis. Bellicensis Umberto III sacris interdicit.**

1168-1178.

Comes Umbertus quemdam sacerdotem Bellicensem in custodiam deducit, et regalia sibi debita in dioecesi Bellicensi exercet. Anthelmus episcopus, intempestiva iactatione severitatis forte inflatus, eum jurgio corripuit, atque ab ecclesiae communicatione separare minitatur. Comes « a nullo se excomunicari posse respondit, cum a se super hoc a summo pontifice privilegium ratum haberet. Anthelmus illum Satanae tradens, anathematis vinculo innodavit ».

(Vita S. Anthelmi epis. Acta Sanctorum mense Junio, Tom. V, pag. 234).

CCCXXXII. — **Umbertus III excommunicationis vinculo solutus.**

1168-1178.

Alexander III, P. M. « per archiepiscopum Tarentasiae Petrum et alium episcopum Anthelmo episc. Bellicensi mandat quatenus filium

suum carissimum comitem Umbertum, quem satis temere excomunicasset, absolvere non differret, praecipiens eisdem, quod si nollet, ipsi eum non absolvere differrent. Uterque mandatum obire neglexerunt. Tum Pontifex Comitem absolvit, auctoritate apostolica. Id Anthelmus aegre ferens, relicta cathedrā, cellae Chartusiensis secessum repetivit.

(Vita S. Anthelmi epis. Acta Sanctorum mense Junio, Tom, V, pag. 284).

CCCXXXIII. — **Gertrudis comitissa Sabaudiae**.

Ante annum 1165.

Theodorici Alsatiae comitis filia « Gertrudis primogenita nupsit primo comiti de Moriana, a quo separata nupsit iterum Hugoni de Oisi; ab hoc quoque sejuncta Menscinis Sanctimonialis est effecta.

(Genealogia Comitum Flandriae, continuatio Claromariscensis, PERTZ, *M. G. H.* Script. IX, pag. 327).

« Anno Domini MCLXXVII. Philippus comes Flandriae et Veromandiae, cruce Domini signatus, congregatis... baronibus suis, Balduini comiti Hononiensi et ejus uxori Margaritae comitissae... super haereditate Flandriae obtinenda... fidelitates et securitates fecit exhiberi; concedente etiam sorore sua in Messinensi ecclesiam Santimoniali, quam primum comes Sabaudiae, postea vir nobilis Hugo de Oisi habuerat uxorem ».

(Genealogia comitum Flandriae. *R. G.* et *F. Script.* Tom. XIII; pag. 577).

CCCXXXIV. — **Ecclesia Ulciensis.**

1167, 17 Augusti. Ind. xv. S. Ambrosii.

Umbertus Mauriannae et Savoiae comes et Italiae marchio, in praesentia plurium optimatum Curiae suae Ecclesiam Ulciensem et Ecclesiam S. Mariae Secusiae cum omnibus rebus et pertinentiis sub auxilio et protectione sua suscipit.

Interfuerunt Wilelmus Mauriannensis episcopus, Nicolaus Ulciensis praepositus, Aynardus Mauriennae canonicus, Stephanus Secusiae prior, Rodulphus Alamannus, Petrus de Touet.

(E Chart. Ulciensi, pag. 99, Doc. CIII).

CCCXXXV. — **Fridericus I Imp. latitans fugit**

1168.

« Cum enim Teutonicus tyrannus sentiret se militum praesidio destitutum . . . eique Mauriennensis comes ob injurias sibi illatas omnem exitum praeclusisset, et Lumbardorum manus nulla ratione posse evadere videretur, ipse comitis Blandratensis et Marchionis Montisferrati fretus auxilio, divertit in terram Marchionis, relictis xxx obsidibus Lumbardorum apud Blandratum . . . Et ipse cum praefato comite et marchione . . . per castella quasi in umbra latitans fugiebat, ut vix (sicut ajunt viri plena fide et auctoritate qui interfuerunt) duobus diebus aut tribus in eodem hospitio pernoctaret ».

(Joh. Saresberiensis epis. Bartholomeo Exionensi Episcopo. *R. G. et Franc. Script.* Tom. IV, pag. 472, Editio 1641).

CCCXXXVI. — **Fridericus I Imp. prope Secusiam.**

1168.

Imperator autem, collectis obsidibus quos disperserat, ad reditum properans, venit ad Sanctum Ambrogium habens circiter xxx milites in comitatu suo. Et inde mane festinanter egrediens, prope Secusiam in eminentia cujusdam montis suspendit quemdam nobilem Brixiensem *(Zilium de Prando)*, imponens ei quod conjurationis Italorum conscius fuerat, et (quod plus est) artifex congregati exercitus, qui eum ab Italia expellebat; alios vero obsides secum duxit intra Secusiam.

(Johannis Saresberiensis epis. Bartholomeo Exoriensi Episcopo. *R. G. et Franc. Script.* Tom. IV, pag. 472. Edit. 1641).

CCCXXXVII. — **Fridericus Imp. Secusiae.**

1168.

Cives autem et incolae loci *(Secusiae)* portas claudi fecerunt, appositis custodibus armatis et tyranno obsides abstulerunt, dicentes sibi ab aliis civitatibus excidium et exterminium imminere, si vicinos suos et amicos viros Italiae nobilissimos sic paterentur abduci in Alemanniam occidendos; praesertim cum adhuc in Italia suspenderit virum potentem et generosum: sibi vero et suis exitum patere cum libitu. Tantam quidem adhibuerunt diligentiam obsidibus retinendis, ut ne-

minem permitterent egredi qui italice loqueretur. Imperator autem assumpto habitu servientis, quasi ut alicujus magni viri procuraret hospitium, cum aliis v servientibus noctu egressus est.

(JOHANNES SARESBERIENSIS, Epist. *R. G. et F. Script.* Tom. IV, pag. 472. Editio 1641).

(Chronicon Blasii de Laureto (apud MURATORI, 271, Tom. VI, pag. 879, eandem narrationem habet, et quaedam rerum adjuncta, quibus parce credendum videtur).

CCCXXXVIII. — **Confirmatio donationis Villae Regiae.**

1169, 23 Februarii. Ind. I.

Guillelmus et Bonifacius marchiones de Cravesana filii quondam... confirmant donationem quam comitissa Adalaida proavia (*alii legunt* avia) filia q. Manfredi marchionis in civitate Albinganae in loco qui dicitur Corte regia anno 1049, IV d. Julii Ind. VIII, praecepto Bertae matris suae, fecit ecclesiae S. Stephani prope Jenuam.

Testes fuerunt Rolandus advocatus, Arnaldus de Turcha, Jacobus et Angelotus ejus filii, Johannes Pavese, Guilielmus Pipu, Lugo Afaitator.

Actum in curia Jacobi et Balbanosi fratris sui.

(E R. Tab. Januensi, edid. DESIMONI, in opella cui titulus: Il libro del barone Carutti, *Umberto Biancamano*. Genova, 1866).

CCCXXXIX. — **De quadam adulterina sententia a marchione Montisferrati pronuntiata inter comitem Sabaudiae et marchionem Salutiarum.**

1169, 6 novembris, Ind. I. In Villa Noni.

Quum Dominus Amedeus comes Sabaudiae ex una parte, dominus Manfredus Marchio Salutiarum et dominus Cunei ex altera haberent inter se discordiam de loco Bargiarum, Scarnafixi, Busche, Brenecis et de toto Marchionatu Saluciarum, in arbitrum se posuerunt amicabiliter in dominum Marchionem Montisferrati Dominum Bonifacium, qui visis et examinatis dictis questionibus sic pronuntiavit:

Comes Sabaudiae det in feudum domino Marchioni Salutiarum locum Bargiarum, Scarnafixium, Buscam et Bernesium; item tradat dicto domino Marchioni florenos sexaginta milia boni auri et bone lie et justi ponderis Florentiae. Versa vice Dominus Bonifacius arbitrator dixit, quod dominus Marchio Saluciarum per se et suos heredes teneat et tenere debeat totum Marchionatum Saluciarum in feudum

a supradicto domino Comite et suorum heredum, salvo jure imperatoris et salvo jure Marchionis Montisferrati etc. Comes Sabaudiae cepit unum ensem evaginatum et Marchioni Salutiarum dixit: Tenete istum ensem in signum donationis et feudum et investiture etc.

Praedictus dominus Marchio Saluciarum juravit esse in perpetuum bonus et legalis vassallus dicto Comiti de dicto Marchionatu Saluciarum secundum arbitrationem suprascriptam etc.

Thomas de Placentia Imp. Notarius scripsit.

(Sententia passim edita, turpiter conficta. V. Muletti, *Memorie storico-diplomatiche di Saluzzo*, Vol. II, nec non Manfroni, *I diritti della Casa di Savoja sopra il Marchesato di Saluzzo* in *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei* 1885, Vol. I, pag. 361. — Anno 1169, Comes Sabaudiae erat Umbertus III non *Amadeus III*, qui anno 1148, obiit, non *Amadeus IV*, qui Thomae patri suo successit anno 1233. Nullus *Bonifacius* Montisferrati marchio vivebat anno 1169. Adde florenos Florentinos cusos fuisse saeculo xiii. Denique Manfredus marchio Saluciarum anno 1169 Cuneo nullo modo imperitabat.

CCCXL. — **Domus Hospitalis Secusiae.**

1170, mense Septembris. Ind. iii. Secusiae.

Umbertus Mauriannensis comes et marchio, consilio et voluntate civium et bonorum suorum hominum Secusiensium, ecclesiae S. Mariae de Secusia et S. Laurentii de Ulcio donat domum Hospitalem et eleemosinariam Secusiae sitam, nec non ecclesiam de plebe de Avilliana.

Actum in manu Nicolai Ulciensis praep. et Stephani Secusiae prioris.

Testes fuerunt Durandus sacrista, Lando canonicus et cappellanus, Pontius de Fraisineto, Petrus Bogisius senescalcus, Petrus de Touet, Borellus de S. Georgio, Otbertus de Solario, Hugo de Saissin, Petrus Gonella, Rainaudus de Forest, Petrus de Porta etc. Regnante Frederico Rom. Imp. semper Augusto.

(E Chart. Ulciensi, pag. 108, Doc. CVIII).

CCCXLI. — **Ecclesia de Abundantia.**

1170, 5 Decembris.

Umbertus comes de Savoia et marchio de Italia querimoniam quam habebat adversus Ecclesiam de Abundantia, praesertim super Larringio et Carmiaco, donat; et a Borcardo abbate trecentos solidos Gebennensis monetae accipit.

Testes fuerunt Wacherius de Bloniaco, Witelmus de Fisterna, Giroldus de Bais, Vido de Alingio, Boso vicecomes de Augusta civitate, Falco de Concisa, Ugo de Bais, Poncius de Conflens, Enguirano de Eviano. Regnante Imperatore Frederico.

(E Tab. Eccl. Abundantiae. GUICHENON, *Preuves*, pag. 42).

CCCXLII. — **Domus Allionis.**

Sine loco et anno.

Humbertus comes Mauriannensis et marchio Italiae domum Allionis ordinis Carthusiensis fundat, eique per manum Guygonis Augustensis episcopi donat quidquid in illo loco possidebat, una cum lacu de Tuelli et facultate oves pascendi per totam terram suam.

(E Tab. Eccl. Allionis. GUICHENON, *Preuves*, pag. 48).

CCCXLIII. — **Joannes regis Angliae F.**

1170.

« Humbertus comes Moriennae misit Benedictum abbatem S. Michaelis de Clausa ad Henricum regem Angliae, pro componendo matrimonio inter Johannem filium regis et filiam suam, offerens ei totam terram suam. Fuit enim idem comes filius Amati *(Amedei III)* comitis, et ditissimus in possessione urbium et castellorum: nec aliquis potest adire Italiam, nisi per terram ipsius ».

(Anonymi Canonici Laudunensis, *R. G. et Franc. Script.* Tom. XIII, pag. 679).

CCCXLIV. — **Pax cum Raimundo comite Tolosae.**

1178.

Petrus Tarantasiensis archiepiscopus . . . « desperatas reconciliationes inter maximos etiam principes . . . sequentibus signis effecit. Inter principem suum comitem Ymbertum et Raimundum comitem Tholosanum . . . guerram diutius agitatam multo labore sedavit. Cuius occasione negocii ad Hainricum Regem Anglorum vehementer desideratus accessit ».

(E « Speculo Historiali ». VINCENTII DE BURGUNDIA, dicti Belvacensis parte III, cap. CXXIV. DUCHESNE, *Historiae Francorum Scriptores*, Tom. IV, pag. 439).

CCCXLV. — **Adelais Umberti III et NN. de Zahringen Sabaudiae comitissae, filia.**

1173.

« Anno Domini 1173 rex Anglorum Henricus (III) Johanni filio suo cognomento « Sineterra » vix septennem filiam Huberti comitis de Moriana primogenitam, quam ex relicta Henrici ducis sustulerat, in sponsam accepit ».

(Matthei Parisii, Historia Angliae, Londini, 1640, Tom. I, pag. 127. Nomen et domum tertiae Umberti III coniugis, quam Chronica Sabaudiae et Pingonius Germanam de Zahringen dicunt, ad certum nondum docti homines reperire potuerunt. Ante annum MCLXXVII vita concessit. V. SAVIO, *I primi conti di Savoia*, pag. 69 et seg.).

CCCXLVI. — **Desponsatio Adelaidis Umberti III filiae Joanni Henrici regis Angliae filio.**

1173.

Humbertus comes Mauriensis et marchio Italiae cedit totum suum comitatum Johanni f. Henrici Regis Angliae cum filia sua primogenita, Aalis nomine, si filium ex uxore sua non habuerit. Si habuerit. concedit Russillum, Perecastel, comitatum Bellicensem, vallem Novalesiae, Camberiacum, Aiz, Asperum montem, Rochetam, Montem Majorem, Cameram cum burgo et toto mandato. Ultra montes donat Taurinum, Cavoreth, Colegium, feuda quae de ipso tenent comites de Canaveis; in comitatu de Castroamunt similiter feuda; in valle augustensi Castellonium. Praeterea concedit quidquid juris habet in comitatu Graciopolitano. Comes vero secundam filiam nuptui tradere poterit cui voluerit, sine nimio comitatus detrimento.

Rex contra comiti mittit incontinenti M marcas argenti, et quum filiam comitis recipiat, alias M marcas dabit Comes secundam filiam nuptui non tradet, donec ejus filia primogenita filio regis matrimonio sit copulata; atque si forte in fata concesserit ante matrimonium, totam acceptam pecuniam regi reddet. Insuper concessionem Umberti junioris, nimirum Russilon et Perecastel filio regis habere faciet pro posse suo; quod si hoc Umbertus concedere noluerit, comes ei legitimum excambium dabit ad arbitrium abbatis de Cluse et Reginaldi archidiaconi Sarum.

In terram regis Angliae venerunt, et haec juraverunt, ex parte comitis marchio Montis ferrati, Gaufridus de Plozac et Berilo filius ejus, Richardus comitis cancellarius, Berlo de Camboe, et Petrus de Boret (?), Gaufridus de Aquabella et Rodulphus de Warei burgenses.

(RYMER, *Acta pubblica*, Tom. I, pars I, pag. 11. Alais, vel Adelais, Umberti III primogenita, quae tum septennis erat, obiit ante annum 1178; altera nomine Sophia Azzoni VI Estensi nupsit, obiitque ante annum MCCIV).

CCCXLVII. — **Beatrix Viennensis comitissa Sabaudiae.**

Post annum 1178.

Comes Sabaudiae « filiam comitis Gerardi de Mascons accepit uxorem, de qua genuit Tomam, qui ei in comitatu successit. »

(Ex Chronico Universali ANONYMI LAUDUNENSIS. PERTZ, *M. G. H.* Tom. XXVI, pag. 447, Umbertus III quartas nuptias contraxit post annum MCLXXIII).

CCCXLVIII. — **Excidium Segusiae.**

1174.

« Eodem tempore...... Fredericus Imperator ad suggestionem Papiensium et Marchionis de Monferrato quinta vice in Lombardia hostiliter remeavit. Transivit enim per Montem Senonem, et tertio Kal. Octobris castramentatus est juxta Secusiam. Altera autem die conceptum furorem amplius occultare non volens, in primordio detestabilium operum suorum civitatem ipsam combussit, et exinde acies suas versus Astam ad exercenda reliqua mala direxit ».

(Vita Alexandri Papae III ex Cardinale ARAGONIO. MURATORI, R. It. S. Tom. III, col. 4689).
R. I. Script. Tom. VII, col. 4666.

CCCXLIX. — **Domus comitis.**

1174, Mense Septembri.

Asperior factus ad praelia dirigit actus
Carpit iter; solitas dat Murienna vias.
Montis Cinis via tunc satis obtima risit;
Rex nichil ammisit, set prisca pericla revisit.
Saxa movent populi tunc super axe siti.

Tunc cum Segusis Cesar pro crimine lusit
Civibus exclusis, domibusque rebusque caducis.
Ictibus argutis os perit atque cutis.

Sola domus Comitis stans integra, cetera planxit.
Rex pius hoc sanxit; domus incombusta remansit.
Cujus tutor ego, qui mea metra lego.

Tunc regum genetrix venit regina Beatrix. . .,
Gaudia reginae sunt quas videt ipsa ruina,
Que Segusa fuit, tota perusta ruit.

(Gotifredi Viterbensis, Gesta Friderici, v. 862. Pertz., *M. G. H.*, Script. XII, p. 326).

CCCL. — **Asta. Quinta Friderici I expeditio in Italiam.**

1174.

« Civis ut Astensis sibi circiter agmina sensit,
Obtinet impensis, ne Cesaris irruat ensis;
Ordine juratur, gratia plena datur. »

(Gotifredi Viterbensis, Gesta Friderici. Pertz, *M. G. H.* Tom. XXII, pag. 326).

CCCLI. — **Concordia Montisbelli. Umbertus III.**

1175, 16 Aprilis. Ind. viii. Sub castro Montisbelli, in territorio Papiae.

Concordia inter Federicum I imperatorem, et Lombardos, et Marchianos et Venetos atque Romaniam et omnem eorum societatem. Interfuerunt Colonensis archiepiscopus frater imperatoris, comes Savoie (*Umbertus III*), Enricus Guercius cancellarius imperatoris etc.

Die xvi (*leg.* XVII) exeunte aprili, facta et jurata tregua in personis et rebus Alexandrinorum. Hoc juravit marchio Gulielmus Montisferrati, Enricus Guercius, Ubertus de Incisa etc. Et in praesentia archiepiscopi Coloniensis et Treverensis archiepiscopi, comitis Uberti de Savoja etc., imperator fecit pacem, osculo interveniente, domino Eccelino et Anselmo Dovaria.

Enricus Guercius fecit securitatem per manum et osculum, quod Federicus treguam tenebit cum Alexandrinis usque ad medium junium. Idem fecit comes Savoje, promittentes, si non tenuerit imperator, venire et mittere se in carcerem ad Vercellas in potestate Lombardorum.

(Muratori, *Antiq. Ital. Medii Aevi.* Tom. IV, col. 275, Dissert. XLVIII).

CCCLII. — **Regalia a Friderico I Bellicensi epis. concessa.**

1175, v. kal. ap. In Obsidone Taboreti (?).

Fridericus imp. Bellicensem ecclesiam, Anthelmum episcopum, eorum possessiones etc. in suam suscipit protectionem, atque episcopo concedit regalia, et omnem districtum et jurisdictionem civitatis et possessionum, ita ut nulla persona, dux, marchio, comes, vassallus bannum quod episcopus posuerit in civitate, infringere praesumat, nec in homines praefatae ecclesiae aliquam exactionem faciat.

Gotofredus, Philippi coloniensis archiepiscopi et Italici regni archicancellarii vice, recognovit.

(**Gallia Christiana, Tom. XV, col. 218**).

CCCLIII. — **Domus Hospitalis S. Bernardi de Monte Jovis.**

1176, Ind. viii. Taurini.

Fredericus (I) imperator sub imp. defensionis clypeo domum hospitalem sancti Bernardi de Monte Jovis recipit, et pactiones super quaedam bona, inter Peterlinum, f. Guidonis Ruche et fratres dictae domus, quae est in Taurino, confirmat.

(***M. H. P.* Chart. II, col. 1052**).

CCCLIV. — **Legnani victoria.**

1176, 29 Maii.

« Mediolanenses Bononiensibus victoriam et ab hostibus liberationem.

« Notum sit vobis nos ab hostibus gloriosum reportasse triumphum. Interfectorum vero, submersorum, captivorum non est numerus. Scutum imperatoris, vexillum, crucem et lanceam habemus. Aurum et argentum multum in clitellis ejus repperimus et spolia accepimus, quorum estimationem non credimus a quoquam posse definiri..... Captus est in prelio Dux Bertoldus et nepos imperatricis et frater Coloniensis archiepiscopi..

(**Savioli, *Ann. di Bologna*, Tom. II, p. II; pag. 57**).

« De imperatoris vero persona, an evaserit, aut cum caeteris interfectus in campo remanserit, diu apud omnes dubitatio maxima fuit,

in tanto quod uxor ejus in luctu et moestitia posita etiam lugubrem vestem induit. »

(Vita Alexandri papae III ex Cardinali ARAGONIO; MURATORI, R. It. Scr. Tom. III, col. 467).

CCCLV. — **Cives Taurinenses et Marchiones de Romaniano.**

1176, 1 Decembris. Ind. IX.

Cives Taurinenses, et Marchiones de Romaniano juraverunt sub bona fide juvare et salvare unus alium, et omnes justicias et bonos usus contra omnes homines, excepto D. imperatore, et ejus missis, et exceptis aliis dominis, quos habent, et excepto Comite de Sabaudia et suis missis, et excepto Oberto de Blandrate de omnibus de Cherio.

(DURANDI, *Piemonte Traspadano*, p. I, pag. 158).

CCCLVI. — **Obitus S. Anthelmi epis. Bellicensis.**

1178, 26 Junii.

Cum Anthelmo episcopo Bellicensi, morbo correpto, supremus dies imminet, Umbertus III, jurgii oblitus ad eum venit.

Anthelmus, ei omnia fausta apprecatur, et inquit: « Deus omnipotens benedictionis suae tibi tribuat largitatem, crescere te et multiplicari faciat, et filium tuum ». Et tamen (*Umbertus III*) filiam habebat unicam, non filium; cumque suggererentur ei, ut filiam, non filium nominaret, eum errare putantes, iterum et tertio signanter repetivit: « Et filium tuum. » Quam prophetiam, nato sibi filio non multo post tempore, novimus adimpletam, nato sibi filio, scilicet Thoma.

(Vita S. Anthelmi Epis. Acta Sanctorum mense Junio. Tom. V, pag. 336. Annum natalem Thomae comitis notitia ostendit).

CCCLVII. — **Ecclesia Sedunensis.**

1179.

Pactum inter comitem Umbertum et Sedunensem ecclesiam per manum Aimonis Tarantasiensis archiepiscopi super quasdam controversias.

Conveniunt omnes eorum contentiones, si quae futurae sint, non per guerram, sed judicio Tarantasiensis archiepiscopi componendas esse.

Ex parte comitis juraverunt barones Wilelmus de Festerna, Borcardus de Alio, Girondus de Baz, Warnerius de Baz, Aimo de Sellum, Falco de Concisa, Udricus Bonus, Renaudus de Bitiez, Ubertus de Contez, Lodoicus de Granges.

Ex parte episcopi: Petrus de Tuue, Wilelmus de Montejouet, Gonradus de Tona, Wilelmus Vicedominus, Wilelmus Major de Sirro, Wilelmus de Martiniaco, Wilelmus de Chamosun, Borcardus de Ardun, Manfredo de Alio.

(E Tab. Ecc. Cath. Sedunensis, quod asservatur in castro Valeriae, edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* pag. 79).

CCCLVIII. — **Domus S. Antonii Rivi Inversi.**

1181, 28 Maii. Ind. xi (Leg. XII). Secusiae.

Humbertus Dei gratia comes de Savoye petitione Joannis et Petri « fratres », donat Domui Hospitali S. Antonii Rivi Enversi molarium versus Avillianam, et omne pedagium et usagium et leydam et omne bannum et forum de suis hominibus in omni terra sua.

Testes sunt Joffredus de Chambarec, Bartholomeus de Secusia, Petrus romanus, et Guillermus frater ejus, Vincentius de S. Antonino.

Bartholomeus S. Palatii notarius et medicus scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cibrario, *Operette varie*, Torino, 1860, pag. 429).

CCCLIX. — **Umbertus III.**

1188.

Qualiter dominus imperator Fredericus et ejus filius Henricus proferebant concedere Lombardis Regalia et consuetudines.

Principum et militum nomina, qui concordiam jurare debent, haec sunt: Archiepiscopus de Magonza et Imperator, Rex Henricus etc. Comes de Savolia etc.

(Muratori, *Antiq. It. Medii Aevi*, Tom. IV, col. 302).

CCCLX. — **Confirmatio bonorum eccl. Montis Jovis.**

1182 vel 1183, 14 Martii. Velletri.

Lucius III P. M. Petro preposito sancti Bernardi de Monte Jovis eleemosinas et libertates confirmat ab Amandeo patre Humberti (III)

comitis Maurianensis et eorum progenitoribus datas, et praesertim concessionem Amedei et Bosonis de Aringia.

(E Tab. Hospitii Magni S. Bernardi. *M. H. P.* Chart. II, col. 1111).

CCCLXI. — **Pactiones Placentinae cum Friderico Imp.**

1188, mense Aprili. Placentiae.

Fredericus imperator et filius ejus Henricus concedunt civitatibus, locis et personis societatis Regalia in perpetuum, sicut hactenus habuerunt.

Nomina principum et militum qui jurare debent... comes de Saviola (*Umbertus III comes Sabaudiae*).

Nomina civitatum quae debent jurare... Aste, Terdona.

Nomina civitatum cum quibus imperator facit concordiam... Vercelle, Novaria.

Pax scripta per Guilielmum Astensem episcopum, marchionem Henricum, qui dicitur Guercius et fratrem Federicum et Rodulfum camerlengum.

(Muratori, Antiq. Med. Aevi, Tom. IV. Placentiae pactiones secuta est pax Constantiae, die xxv Junii. Vide Vignati, *Storia Dip. della Lega Lombarda*, pag. 885).

CCCLXII. — **Umbertus III Venetiis.**

Anno..... (1184?).

Umbertus comes Mauriannensis ad ecclesiam Sancti Marci quae est Veneciis, proficiscitur orationis causa.

(Ex quodam instromento facto per manum Guilelmi imp. notarii. *M. H. P.* Chart. I, col. 988).

CCCLXIII. — **Discordia inter Umbertum III et Milonem episcopum Taurinensem**

Anno (1184?).

Milo epis. Taurinensis petit a comite castrum Avillianae, Ripaltam, medietatem Cargnani et castrum de Tureta et quidquid possidet in civi-

tate Taurini et ejus territorio; praeterea septingentas libras secusinorum fortium pro damno sibi dato in Ripulis et in Publice. Comes inducias ad respondendum poscit, scilicet donec Venetiis, quo se confert, revertatur.

Acta haec sunt in palatio imperatoris juxta Papiam coram imperatore residente apud Sanctum Savaltorem.

Causa indicta, statuta die comes minime sui praesentiam fecit.

(**Ex quodam instrumento facto per manum Guilelmi imp. notarii. *M. H. P.* Chart. I, col. 988**).

CCCLXIV. — **Castrum de Planicia.**

1184, ipsa die Incarnationis (11 Martii). Ind. II, Mediolani.

Gotofredus, aulae imperialis cancellarius, et S. Palatii in Italia legatus, possessorem castri et villae de Planicia constituit Milonem episcopum Taurinensem, contra Umbertum III comitem Savoje, qui nec per se, nec per procuratorem se defendere noluit in judicio; ita tamen, ut si ipse comes infra annum ad justiciam faciendam veniret, praedicti castri possessionem recuperet.

Petrucius judex qui dicitur de S. Calocero scripsit.

(**E Tab. Archiep. Taurinensi, Cat. I, Fasc. I, n. 8, edid. *M.H.P.* Chart. I, col. 929**).

CCCLXV. — **Castrum Avillianae.**

1185, Sept. Ind. III, Taurini in palatio episcopi.

Gothofredus imperialis aulae cancellarius et S. Imperii legatus Miloni Taurinensi episcopo possessionem donat castrorum Avillianae et Turretae, et omnium rerum quas Umbertus III comes Maurianensis ab ipso episcopo Taurini ejusque in territorio tenet, et nominatim de jure quod habet in Ripalta. Praeterea Milonem episcopum pro septingentis libris, quas pro damno sibi illato petebat, in possessionem ponit aliarum rerum, quae non sunt de beneficio episcopi.

(**E Tab. Archiep. Taurinensi. Cat. I, Fasc. 1, n. 9. *M. H. P.* Chart. I, col. 987**).

CCCLXVI. — **Castrum Ripaltae.**

1186, die Martis ante festum omnium sanctorum.

Marcoardus regis Romanorum dapifer mittit Milonem episcopum Taurinensem in possessionem castri Ripaltae, et totius Ripaltae, salvo tamen jure Ulrici.

(Ex Auct. Tab. Archiep. Taurinensi. Cat. 48, Fasc. I, n. 1. *M. H. P.* Chart. I, col. 943).

CCCLXVII. — **Umbertus III**

perpetuo Imperii banno condemnatus.

1187?.

Henricus VI, Romanorum rex, observato ordine judiciario, Umbertum comitem Sabaudiae per principum imperii sentenciam et parium suorum, perpetuo imperii banno damnat, sicuti manifestum hostem imperii et praecipue quod bona episcopi Taurinensis violenter abstulerat.

(Periculum, in quo judicium scriptum fuit, deperditum videtur; sed in diplomate Imperatoris 7 Maii MCLXXXIX memoratur).

CCCLXVIII. — **Castrum Avillianae.**

1187.

« Mense octobri praefatus Henricus imperatoris filius in Lombardiam reversus supra comitem Savogensem duxit exercitum, et dum primo expugnasset castrum, quod Vilianum dicitur, illud solo evertit. »

(Francisci Pipini Chronicon, Lib. I, Cap. II. Muratori, *R. It. S.* Tom. IX, col. 589.

« Henricus... contra comitem Sabaudiae suas direxit acies. Castrum de Viliana, quod est supra Taurinum, valida obsidione vallavit, quod finaliter obtinuit, atque destruxit. »

(Gualvanei Flammae manipulus Florum, sive Historia Mediolanensis, Cap. CCXVI. Muratori, *R. I. S.* Tom. XI, col. 655.

CCCLXIX. — **Obitus Umberti III.**

1189, 4 Martii

Obiit Umbertus inclitus comes Maur. et marchio in Italia.

(**Ex Obit. Cap. S. Joannis Mauriannensis. Billiet, *Chartes du diocèse de Maurienne*).**

« III nonas marcii obiit Humbertus comes Maur.

(**Ancien missel de la Bib. de Genève. Mallet, *Doc. Genevois pour la gén. hist. de la R. Maison de Savoie*).**

1838, 7 Septembris. Romae.

Gregorius papa XVI cultum ab immemorabili prestitum Beato Umberto III Sabaudiae Comiti confirmat.

1839, 23 februarii. Romae.

Oratio praescripta a decreto Congregationis Rituum, quod Officium et Missam instituit beati Umberti (III).

(***Vita de' Beati Umberto e Bonifacio di Savoia*. Torino, Stamperia Reale, 1839).**

VII.

THOMAS

MCLXXXIX - MCCXXXIII

Thomas Umbertum III excepit. Puer in tutela Bonifacii marchionis Montisferratensis mansit ad quartum decimum usque annum, quo anno, uti Umbertinae gentis mos erat, pupillaris aetas finem habebat. Consilio et ope Marchionis, apud imperatorem in antiquum locum gratiae ac honoris restitutus, paucis annis post res publicas afflictas non modo instauravit, sed imperium propagavit et auxit; quo nomine Domus suae sospitator est habendus.

Margaritam, Guilelmi I Gebennensis Comitis filiam, ante annum MCXCVII *uxorem duxit, quae, marito superstes, longius aetate provecta est. Ergo recte Chronica Abbatiae Altaecumbae: " Uxor ejus filia Comitis Ge- " bennensis... ex qua genuit octo filios et duas filias " nempe Amadeum III, Umbertum, Aymonem, Thomam Flandriae Comitem, Guilelmum, Petrum I, Bonifacium, Philippum I, Margaritam et Beatricem, cunctos usque ad annum* MCCXXIII *patrimos matrimosque.*

Thomas, Comes Sabaudiae et in Italia Marchio, huius nominis unus et solus, annos quatuor et quadraginta regnavit, domi militiaequae clarus. Mortuus Kal. Maiis anno MCCXXXIII; *corpus ejus in editissimo Coenobio S. Michaelis Clausini, in Valle Segusina, tumulatum.*

CCCLXX. — **Domus Hospitalis Montis Jovis.**

1189, 1 Aprilis.

Thomas comes Mauriannensis et marchio Italiae pro remedio animae patris sui Humberti comitis b. m. Domui hospitali Montis Jovis donat nemus de Ferrea et alia nemora coherentia hospitali. Sigillo B. matris

suae, Mauriannensis episcopi, et marchionis Montisferrati charta corroboratur.

Testes sunt Aymericus de Brianzon, Gottofredus de Miolano, Pontius de Confleto, Gottofredus de Villeta, Theobaldus filius ejus, Aymo de Camera, Chabertus de Morestello, Gottofredus de Miolano, et alii.

(E R. Tab. Taurinensi, Gen. della R. Casa, fasc. I, n. 4. *M. H. P.* Chart. I, col. 950).

CCLXXI. — **Thomas I comes. Henrici VI dipl.**

1189, 7 Maii. Ind. IX. Apud Basileam.

Henricus VI Romanorum rex in gratiam Imperii et suam recipit Thomam Sabaudiae comitem, illumque redintegrat in possessiones patri ejus Humberto, sicuti manifesto Imperii hosti, abjudicatas. Attamen retinet ad manus Imperii episcopatum Sedunensem, cujus episcopi de manu comitum Sabaudiae recipiebant regalia, ita ut ecclesiae Sedunensis episcopi ad coronam imperii pertineant, ac de manu Imperii regalia percipiant, et nullus Sedunensis episcopus investituram regalium, non nisi de manu Imperii recipiat.

Hujus rei testes fuerunt complures Imperii proceres, inter quos Bonifacius marchio Montisferrati, Bonifacius Novariensis episcopus, Walbertus Augustensis episcopus, Rambertus Mauriannensis episcopus.

(*Gallia Christiana,* XII, col. 4881).

CCCLXXII. — **Thomas comes et Beatrix mater sua.**

1189, 12 Junii.

Thomas, comes Mauriannensis et marchio Italiae, consilio Beatricis matris suae, et quamplurium baronum, praesente tutore suo Bonifacio marchionis Montisferrati filio, donat canonicis S. Johannis Mauriannensis quidquid pater suus in monte Berangier possidebat; confirmat donum comitis Humberti abavi sui, et quod canonici possident apud S. Remigium et apud Cuinam, Vilarios super Cuinam, et in Villario Brunonis et in Traversa et apud S. Aprum. B. mater Comitis sigilli sui munimine chartam roboravit. Bonifacius marchionis Montisferrati filius, tutor, subscribit et ex officio tutelae dona confirmat.

Testes fuerunt barones subscripti: Guifredus de Miolano, Aimericus de Briançons, Aymo de Camera, Pontius et Guifredus de Conflens fratres, et multi alii.

(E Tab. Episc. Mauriannensis edid. AL. BILLET ET ALBRIEUX, *Chartes du Diocèse de Maurienne*, pag. 88).

CCCLXXIII. — **Iporegia.**

1189, 1 Julii, Ind. XIII.

Concordia inter Guillelmum de Bardo et commune Yporegiae super molis non vendendis, nisi communi molario ipsius civitatis, et de pace non facienda cum comite de Ultromonte, nisi comes pacem faciat cum comite Yporegiae.

(E Chart. Eporediensi saec. XIII. Extat in Tab. S. GERMANI *Marchionis e com.* S. MARTINI, pag. 111; transcripsit PHILIPPUS SARACENO).

CCCLXXIV. — **Rustici de Orseriis.**

1190 vel 1191.

Thomas comes Mauriannensis marchio Italiae et B. comitissa mater ejus, atque Bonifacius marchionis Montisferrati filius jubent ministralibus et aliis hominibus de Orseriis, et Intermontium quatenus viris religiosis de Monte Jovis permittant cedere ligna a nemoribus de Ferray. et viam facere, ut illa sine impedimento deferantur, quod rustici de Orsieres violenter prohibere non erubuerint. Si quis istud violaverit, viam ejus expensis domui Montis Jovis facere juvetur, etc.

(E Tab. Hospitii S. Bernardi. GREMAUD *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Tom. I, doc. 600, pag. 518).

CCCLXXV. — **S. Benedicto donatio.**

1190, 8 Februarii. Apud Secusiam.

Thomas comes Mauriannensis et marchio Italiae domui de S. Benedicto donat quidquid habet in Alpe quae dicitur Civina.

Testes fuerunt Albertus comitis capellanus, Guido de Teys, Amedeus de Etone, Mauricius notarius.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. abb. S. Giusto di Susa, fas. I, A, n. 19. *M. H. P.* Chart. I, col. 955).

CCCLXXVI. — **Clemens III P. M. Domui Montis Jovis.**

1190, 15 Martii. Laterani.

Clemens donationem nemoris de Ferrei a comite Mauriannensi, de consensu B. marchionis Montisferrati, et B. matris suae, domui de Monte Jovis factam, auctoritate apostolica confirmat.

(E Tab. Hospitii S. Bernardi. GREMAUD, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Doc. 599, pag. 517).

CCCLXXVII. — **Thomas comes Sabaudiae testis.**

1190, 14 Julii. Ind. VIII.

Heinricus VI Romanorum rex monasterio S. Nicolai in Brunwilre quamdam emptionem ab eo factam confirmat.

Hujus rei testes sunt, inter ceteros: Thomas comes Sabaudiae et Bonefacius marchio Montisferrati.

(BÖHMER, *Acta Imperii Selecta*, Insbruck, 1870, Doc. 177, p. 162).

CCCLXXVIII. — **Augustae praet. Statuta.**

Sine anno (1191?).

Thomas Mauriannensis comes et Italiae marchio, visis et cognitis calamitatibus, oppressionibus et injuriis illatis, consilio episcopi Walberti et baronum civitatem Augustae cum suburbiis tradit libertati, ita quod nunquam deinceps ipse vel successores ejus tailas vel exactiones invitas, per se vel per mistrales eorum faciant. Ecclesias et bona episcopi, clericorum et religiosorum virorum defendere promittit. Donat etiam quoddam spatium a ponte lapideo Bauthegiae ad pontem S. Genisii, ex utroque ponte usque ad Duriam. Deinde jura declarat, poenas sancit.

Aymericus vicecomes Tharantasiensis in persona comitis et suo ex mandato hanc institutionem observare juravit. Hoc idem juraverunt Gontherius f. praedicti Aymerici ex mandato patris, Guigo de Teis, Humbertus de Villeta, Ugo Demrius, Petrus de Saisel, Gonterus de Aymo, Boso vicecomes Augustensis, Jacobus et Elisianus de Porta sancti Ursi, Willielmus de Nuns et fratres ejus Petrus et Aymo, Hugo de Bardo, fratres de Aymavilla Eprardus, Aymo, Petrus, Ardicio, Ugo

Guillelmus, Oddo et Emericus de Arnaut, Bormondus de Montjouet, Anselmus et Villielmus Grossus f. Teobaldi, Guillelmus de Provacio, Aimo de Porta et Willelmus Secol.

(E Tab. Civ. Augustensis edid. Cibrario et Promis, *Doc.* pag. 82, cum die mendosa, videlicet an. 1183. I. A. Duc ad annum 1191 refert. V. *Esquisses historiques des Évêques d'Aoste*, 1885. Animadvertendum tamen est Thomam de Sabaudia, Thomae comitis filium, qui haec privilegia an. 1253 confirmavit et auxit, declarasse instrumentum sigillatum esse sigillis Thomae patris et Amadei fratris sui; qui Amadeus anno 1191 nondum natus erat. Quapropter haec verba referenda sunt ad chartam an. 1206, in qua Thomas comes Sabaudiae privilegiis « olim factis » (ut ait) quaedam adjecit).

CCCLXXIX. — **De Augustensibus episcopis.**

1191.

Thomas comes Mauriannensis et marchio in Italia, vestigiis comitis Amedei avi sui inhaerens, et consilio Bonifacii marchionis de Monteferrato tutoris sui, remittit pessimam invasionem bonorum Augustensium episcoporum defunctorum, conceditque illa bona episcopo successori, quem sanior pars ecclesiae elegerit. Res S. Mariae et S. Ursi in protectionem recipit, redditque Augustensi ecclesiae tertiam partem talearum et adjutoriorum civitatis et subburgi S. Ursi, una cum casamento quod fuit Guilelmi Casei.

Praesentibus Lamberto Mauriannensi episcopo, B. vice comite, Jacobo de Porta S. Ursi et fratres ejus, A. de Porta et fratres ejus, Vuilelmo de Nuns et fratribus ejus, Vifredo de Conflens, Guigone de Teis, Amedeo et Humberto de Vileta.

(E Tab. S. Ursi Augustensis. *M. H. P.* Chart. I, col. 978).

CCCLXXX. — **Bona Augustiensium epis.**

1191.

Thomas, comes Mauriannensis et marchio in Italia, remittit invasionem et occupationem bonorum Augustensium episcoporum defunctorum et Valperto episcopo reddit tertiam partem tallearum et accidentium in civitate Augustae et in suburbio de porta S. Ursi et casamentum Guilelmi « Causei, » ut in charta ejusdem anni.

Praeterea eidem episcopo reddit insulas, quae sunt a bautenderio de David Curlafei usque ad rivum Clusala, et castrum de Liveronia, cum facultate castrum in valle de Conia erigendi. Laudant et consen-

tiunt Bonefacius marchio tutor et barones, in praesencia Lamberti Mauriannensis episcopi, qui sigillum chartae adponunt una cum Vuilelmo Augustensi episcopo et sexdecim testibus.

Aliquot post annos Bonefacius Aug. ep. et Capitulum Ecclesiae vidisse et audiisse rescripti tenorem confitentur. Denique anno MCCXLVI in vigilia b. Mathei Aug. epis. P. (Petrus de Etroubles), Canonici Capituli aliique rescripto sigilla sua adponunt, veritati testimonium perhibentes.

(E Tab. Epis. Augustensi. *M. H. P.* Chart. I, col. 980).

CCCLXXXI. — **Carthusia de Loze.**

(1191?).

Thomas comes et marchio Carthusiam de Loza in valle Secusina fundat.

(Cibrario, *Storia della Monarchia di Savoia*, Vol. I, pag. 308. V. Doc. CCCXII, ad an. 1197).

CCCLXXXII. — **Celestinus III P. M.**

1193, 6 Jan. Romae.

Celestinus P. M. possessiones canonicorum Ecclesiae Mauriannensis, quas Thomas comes Mauriannensis et antecessores ejus obtulerunt, auctoritate apostolica confirmat.

(E Tab. Epis. Mauriannensi edid. Cibrario et Promis. Doc. pag. 103).

CCCLXXXIII. — **Thomas Imperialis aulae legatus. Consules Taurinenses.**

1193, 29 Julii. Ind. XI. Taurini.

Arduinus Taurini episcopus, consilio Capituli Ecclesiae Taurinensis et praesentia domini Thomae Imperialis aulae legato, ipso domino Thoma auctorisante, concedit consulibus majoribus de Taurino Jacobo de Porcello, Aimoni de Ruvere, Jacobo Calcaneo, Vuillelmo Beruto, Asvaldo Eurgierio, Oberto de Portadoranea; et Consulibus minoribus Petro Faraldo, Sevorrino (Seccorino) Alexandro, Ansaldo Beno, Jeronimo de Covaciis, ut Commune habeat liberam facultatem faciendi guerram et pacem de castro et villa et Burgo de Testona et de Ripolis

et Montoxolo et de omnibus aliis suis castris. Item concedit, ut nemo civium de Taurino dare debeat pedagium vel curariam vel aliquam exactionem in castro de Testona, nec in toto districto ipsius castri.

Pro qua concessione Consules dant, pro pace facienda inter episcopum et dominos de Plozasco, ducentum et quinquaginta septem libras Aimoni de Ruvere et Bigloni, quo pacto Aimo et Boglo dimiserunt Episcopo totam suam justitiam in castro de Publicis et in villa. Item Consules dant pro praedicta pace facienda domino Merloni et domino Arducioni de Plozasco centum et quinquaginta libras, ut dicti domini Episcopo faciant pacem et finem de castro et villa et burgo de Testona.

Testes: Jacobus de S. Dalmatio, Guigo Ansaldus, Auriens Malversus, Amicus de Donno, Vuillielmus Polastri, Otto Zuca, Ubertus Malacorona, Ribaldus Vuillelmus, Paramental, Gavareus, Petrus Fulens, Vullielmus Citellus, Johannes Moorox, Arducio Ribai, Villielmus de S. Dalmatio, Jacobus Riba.

Mussus Imperialis aulae notarius scripsit.

(E Tab. Archiep. Taurinensi, Cath. I, fasc. I, n. 10. *M.H.P.* Chart. I, 1003).

CCCLXXXIV. — **Celestinus III P. M.**

1193, Laterani, (Pont an. III).

Celestinus P. M. Walberto Augustensi episcopo possessiones et alia jura quae Mauriannensis comes ecclesiae Augustensi restituit et ea quae ipse acquisierat, apostolica auctoritate confirmat. Nominat tertiam partem tallearum in civitate et suburbio, censum super domum Gonteri... in valle Cognie, Marescalliam in grano et feno, et praedium quod Aymericus de Amavilla tenebat in feudo a Gonterio de Grazano.

(E Tab. Epis. Augustensi. I. A. Duc *Cartulaire de l'Évêché d'Aoste*, pagina 205, in *Miscellanea di Storia Italiana*, Tom. XXIII).

CCCLXXXV. — **Juliana abbatissa et Agnes Gebennensis comitissa, Amadei III filiae.**

1194, 31 Julii.

« Pridie K. Augusti ob. d.na Juliana abb.sa Sc.ti Andreae que habebat de p.prio f.ris sui Humberti comiti Sabaudiae et de p.prio Agnetis sororis sue Gebennensis comitisse... dedit conventui eidem ecc.ie, etc.

(Cibrario, *Sepolcri dei Principi di Savoia nella Sacra di S. Michele*. Iscrizioni, pag. 15. Juliana abbatissa Mon. S. Andreae Viennensis fuit. Agnes,

comiti Gebennensi nupta, qui Guilelmus I esse videtur, obiit ante annum MCLXXVII. Ex quo matrimonio Umbertum Gebennensem comitem natum esse conjicere licet, nam Ebalus, Umberti filius, heredem instituit Petrum de Sabaudia).

CCCLXXXVI. — **Castrum Curnillionis.**

1195, in festo S. Andreae. Apud Camberiacum in templo.

Conventio inter Reynerium abbatem S. Rayneberti et Thomam comitem Sabaudiae, super Castrum Curnillionis, in praesencia episcopi Gratianopolitani et Mauriannensis. Comes cedit castrum, multis sibi juribus reservatis, et abbati fidelitatem facit. Si vero a pactis conventis resiliret, episcopi praedicti illum et terram suam in eorum episcopatu teneantur interdicere, donec plenius satisfaciat. Juraverunt Aymericus de Briançon, Guido de Teys, Amedeus et Humbertus de Villeta, Berlio de Chambut, Petrus de Seyssel, Gauterius de Aysina, Petrus de Chinins, Benivardus de Vienna, Guifredus de Confluens, Antelmus de Miolano, Guifredus Marescalcus, Humbertus de Briançon, Amedeus de Eyton, Humbertus de Monte Capello, Berlio de Chamberiaco, Richardus de Chambra, Emmo de S. Michaele.

Datum per manus Mauritii notarii.

(Guichenon, *Preuves*, pag. 45).

CCCLXXXVII. — **De filiis Mauritii de Verasat.**

Sine loco et anno (Exeunte saec. XII).

Humbertus dei gratia Sabaudiae comes et Italiae marchio, ad nutum filii sui Thomae, dedit Ecclesiae S. Mauritii Agau. xx solidos, qui ei debebantur annuatim ex venatione. Postmodum Thomas filius comitis eidem ecclesiae concessit filios Mauritii de Verasat cum omni possessione et posteritate eorum ita videlicet ut ipse dictos xx solidos obtineret, dum ecclesia praedictos homines obtinent. Si vero Thomas eos vellet retrahere, suos xx solidos ecclesia in perpetuum retraheret.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, pag. 101).

CCCLXXXVIII. — **Canonici S. Joannis Mauriannensis.**

1195, mense Martiio.

Thomas comes Mauriannensis, convocata curia sua, componit contentionem ortam inter canonicos S. Johannis Mauriannensis et ministrales suos, super donationes quas praedecessores sui fecerant, et praecipit chartam donationis suae (an. 1189), inviolabiliter custodiri.

(E Tab. Epis. Mauriannensi edid. Al. Billiet et Albrieux, *Chartes du Diocèse de Maurienne*, pag. 44).

CCCLXXXIX. — **Henricus Abb. de Altacrest.**

1195, mense Aug. Apud S. Mauritium. Agaun.

Thomas comes Sabaudiae Henrico abbati de Altacrest donat terram quae vocatur Grandis Campus juxta castrum Guilonis, ut vineam in ea monasterium faciat, et comes tertiam partem habeat vini, sicut consuetum est.

Testes sunt magister Albertus, Aimo de Turre, Jacobus de Porta S. Ursi, Guigo de Teis. Villebertus de Aiviano, Petrus de Saissel, Guifredus Maurescalcus, Mauricius notarius.

(E Tab. Civ. Lausannae. *M. H. P.* Chart. I, col. 1027).

CCCXC. — **De donatione Adelaidis comitissae.**

1196, 29 Martii. Ind. XIII. Actum Janue.

Bonifacius marchio de Cravexana finem et refutationem facit Guidoni abbati monasterii S. Stephani de omni jure suo in terra vel terris, quam vel quas comitissa Adalasia ava sua praedicto monasterio donaverat; quam donationem ipse marchio postea confirmaverat, sicut in instrumentis a se et ab ea inde factis continetur.

Testes Rubaldus de Albingana, Bonifacius de Quadraginta, Wilielmus Panzanas. Vassallus vicecomes et Lanfrancus stabilis.

(E R. Tab. Genuensi. Carutti, *Il conte Umberto I, e il re Ardoino*. pag. 295).

CCCXCI. — **Domus Montis Cenisii.**

1197, 21 Maii. Ind. xv. Ripaltae.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio donat domui Montis Cenisii plenam libertatem et pacem perpetuam in omnibus quae possidet vel a modo acquisierit.

Testes Amedeus et Umbertus de Vileta. Conterius de Bosex, Amedeus de Etone, Guifredus Marescalcus comitis.

Mauricius notarius comitis scripsit.

Traditum in manus Bonaudi praepositi De Ripalta.

(E R. Tab. Taurinensi. *Abbazia del Moncenisio*, Fasc. 1, n. 6, *Hist. Pat. Mon.* Chrt. I, col. 1086).

CCCXCII. — **Charthusia de Losa.**

1197, 29 Maii. Ind. xv. Apud Ripaltam in claustro.

Thomas comes Mauriannae et marchio Italiae fratribus Cartusiensis ordinis, qui in loco qui Losa dicitur, noviter habitare coeperunt, donat Vallem Orseriam et Montem Benedictum a summitate rupium, sicut dividitur comitatus suus a Gratianopolitano comitatu, et sicut rivus (*qui*) dividit montem de Mathiis et de Menous, descendit a summitate ipsarum rupium ad campos de Menous et usque ad rivum de Laury, deinde sicut descendit ipse rivus a summitate rupium praedictarum, deinde sicut dividitur comitatus suus a comitatu Gratianopolitano et per seitam ipsarum rupium.

Datum per manus Mauricii notarii.

Testes: ... Albertus capellanus comitis, Amedeus et Umbertus de Villeta, Amedeus de Pellicione, Petrus de Brianzon, etc.

(Jacopo Durandi, *Notizia dell'antico Piemonte Traspadano*, Parte prima, pag. 158).

CCCXCIII. — **Domina Aja et Durandus Clarellus.**

1198, 15 Januarii. Ind. i. Apud Secusiam.

Thomas comes Savoie pacem et finem facit donne Aie de omnibus querelis quas clamabat habere in rebus Durandi Clarelli, quasque donna Aia tenet et possidet. Et comes donne Aie promittit omnes res suas varentare et defendere ab omni homine, etc.

Testes: Stephanus prior, Petrus de Grasiaco Cellerarius, Otto praepositus de Vigono, Guigo Deteis, Amedeus de Tono, Anselmus de April, Ugo de Bardonescha, Ainardus, Guigo, Ascha, Guigo de Caumontio, Petrus Romanus, Jacobus de S. Martino, Matheus, Robaldus, Jordanus de Aqua bella, Petrus Benedictus, Willielmus Ambrosius.

Willielmus S. palatii notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Susa. Fasc. I, n. 4. Transcripsit Petrus Vayra).

CCCXCIV. — **Libertates Secusiae.**

1198, 25 Februarii. Ind. xv. Apud Secusiam.

Pactum Thomae comitis et marchionis cum civitate Secusia, de libertatibus, immunitatibus et legibus istius civitatis, jampridem datis ab Amedeo III comite et marchione, et juratis ante Henricum episcopum Mauriannensem.

Jurant in manus Ubondi abbatis S. Justi Secusiae, ac Thomas comes et marchio et uxor ejus Nichola (??) filia comitis Gebennarum, nec non eorum consiliarii et barones.

(E Tab. Civ. Secusiae. *M. H. P. Leges municipales* I, col. 5).

CCCXCV. — **Libertates Miradolii.**

1198, 14 Martii. Ind. i, In Miradolio in Cimenterio S. Mariae.

Thomas comes Mauriannensis et marchio in Italia cartam libertatis fecit hominibus Miradolii cum bona concordia atque conventu, et homines Miradolii fecerunt fidelitatem, promittentes Thomam comitem defendere secundum posse illorum. Comes, et Amedeus de Villeta et Petrus Marescalcus jurant conventum.

Testes fuerunt Ardicionus de Plosasco, Ysoardus, Poncius de Cuina, magister Albertus capellanus comitis, Aymo de Bocosel, Umbertus de Vileta, Ugo de Rocheta, Petrus Dacianus, Carpinel, Vifredus, Willelmus Boner, Otto parmexanus, Johannes Rabob, Nicola Rabel, Martinus Curdo, Ginonus Robaudus, Guigo Cabayronus, et alii plures.

(E Tab. Taurinensi. P. Vayra, *Il Museo storico della casa di Savoia* etc. pag. 426).

CCCXCVI. — **Abb. S. Mauritii Agaunensis.**

1198, 11 Septembris. Ind. I.

Cum inter Thomam comitem Mauriannensem et G. abbatem Agaunensem quid juris in valle de Bignes haberet uterque, quaestio verteretur, Nantelmus Gebennensis episcopus et Nantelmus episcopus Sedunensis ad locum S. Mauritii venerunt ad inquisitionem faciendam super hanc rem, et cum eis erant, de mandato comitis, Giraldus donnus de Baiz, dominus de Saillon, Willelmus decanus et Boso et Petrus fratres, Petrus de Balma castellanus de Chillon, Reinaldus de Bitiez et filius ejus Galterius, Petrus vicedominus de Orseriis; qui attestationes audiunt, quas Ubaldus episcopi Gebennensis cappellanus scriptis mandavit.

(E Tab. S. Mauritii Agaun., edid. Cibrario et Promis, *Sig. Doc., etc.* pag. 110).

CCCXCVII. — **De comite Sabaudiae.**

1198, 22 Octobris. Ind. I. Yporegiae.

Concordia inter Bonifacium marchionem Montisferrati et Guillelmum ejus filium ex una parte, et Commune Yporegiae ex altera, super habitaculo (Citaynatico) civitatis Yporegiae ... salvo comite Savoye.

Testes: Wala de Castello Novo, Vilielmus de Parella, Anricus de Barsono, Ansaldus de Valenza, Rodulfus Caudera, etc.

Aymo notarius scripsit.

(E Chart. Eporediensi Saec. XIII pag. 125, in Tab. *Marchionis* S. Germani, *e Com.* S. Martini transcripsit P. Saraceno).

CCCXCVIII. — **De pace Communis Taurinensis.**

1200, 1° Februarii. Ind. III. In campis de Mairano.

Pax facta et ordinata inter Arduinum Taurinensem episcopum, Commune Taurini, et illos de Cavurreto, de Ruviliasco et comites de Blandrate ex una parte, et inter Carienses et Testonenses et illos de Plociasco et illos de Cavurro ex altera parte, mediantibus potestatibus Communis Astensis et Communis Vercellensis. Episcopus Taurini, nomine ecclesiae et potestas Taurini nomine Communis de Taurino promittunt comiti Sabaudiae quod facient ei justitiam de his quae contra episcopum et Commune Taurini proponere voluerit. Si episcopus

et Commune illam justitiam facere noluerint, Carienses et Testonenses citra Padum et ultra Padum debent Comitem adjuvare.

Rufinus S. Palatii notarius scripsit.

(E Tab. Archiep. Taurinensi, Cat. I, Fasc. I, n. 12. CIBRARIO, *Delle Storie di Chieri*, libri quattro con documenti, II, pag. 35).

CCCXCIX. — **Jurisdictio Condomiarum.**

1200, 5 Martii.

Thomas comes Sabaudiae et Amedeus, ejus filius, dant abbati S. Marci jurisdictionem Condomiarum.

(*Zibaldone Pingoniano*. Pingonius animadvertit: Nota quod hic Amedeus non erat nisi quinque annis).

CD. — **Confirmatio pacis Communis Taurinensis.**

1200, 29 Martii. Ind. III. In pascuis de Mairano.

Arduinus Taurinensis episcopus, Gicha et Guala Gebuinus vice Jacobi de Guidalardi potestatis Taurinensis et Comunis de Taurino, praesentia Joannis de Oliva et Pagini de Centorio ambasatorum communis Vercellarum, atque Uberti de Palii et Uberti de Cario ambasatorum communis Aste, promiserunt quod episcopus Taurinensis et potestas Taurinensis, nomine Ecclesiae et Comunis facient justitiam comiti Sabaudiae et illis de Plociasco de his quae contra Episcopum et Comune Taurini proponere voluerint. Et ambasatores Aste et Vercellarum praeceperunt, ut illam justitiam faciant, sicut in scripto pacis continetur.

Interfuerunt Giroldus de Prevosto, Petrus de Ciriaco et Joannes Marciascus consules Comunis Taurini et plures alii, tam de Taurino quam de Cario, de Testona, de Vercellis.

Rufinus notarius S. Palatii scripsit.

(Exemplum extat in R. Tab. Taurinensi, *Vescovato di Torino*, Fasc. I, n. 1. Trans. PETRUS VAYRA).

CDI. — **Carthusia de Loze.**

1200.

Thomas comes et marchio Carthusiam de Loze cum Carthusia montis S. Benedicti supra Villarium Fochiardi conjungit.

(CIBRARIO, *St. della Mon. di Sav.*, Vol. I, pag. 303)

CDII. — **Faedus Thomae Com. Sab. cum marchione Salutiarum.**

1200.

Notitia cujusdam foederis inter Thomam comitem Sabaudiae et Manfredum II marchionem Salutiarum:

« *Il 1200, essendo stata guerra tra il Marchese e il Conte di Savoia, per la quale il detto Conte avea tolto qualche cosa al detto Marchese, si condussero a far pace in questa forma: che gli uomini di Quaranta debbano far la fedeltà al Marchese, come erano soliti di fare per innanzi ad esso... Fu anche fatto il simile di Brusaporcello, il qual luogo il Marchese haveva acquistato in quell'anno medemo da messer Manfredo, Arigo e Anselmo, signori di Busca.* »

(GIOFFREDO DELLA CHIESA *Cronaca di Saluzzo, M. H. P.* Script. vol. III).

CDIII. — **Charta habitaculi.**

1200, 12 Martii. Ind. III. Yporegiae.

Charta habitaculi illorum de Bardo... salvo comite Savoye.

Testes: Jacobus de Montaldo, Obertus Raymundus, Yporegius de Mercato, Jacobus ejus frater, Obertus Femellus, Petrus de Ysoleta, Boyamundus de Mercato, Milo Fauvellus, Potestas frater ejus, Petrus Waldanus, Jacobus Grassus, Rolandus de Carnario, Bonamicus de Cita, Henricus de Florano, Pasqualis, Willelmus Grassus, marchio Bonefacius de Monteferrato etc.

(E Chart. Eporediensi Saec. XIII, pag. 82, in Tab. *Marchionis* S. GERMANI *e Com.* S. MARTINI, transcripsit P. SARACENO).

CDIV. — **Domus Montis Cenisii. Pratum Molle.**

(1200, 18 Junii. Ind III. Aquae-Bellae in domo Clarelli).

Thomas comes Mauriennae et marchio Italiae domui Montis Cenisii donat prata omnia quae habet in loco qui dicitur Pratum Molle, et facultatem lignandi in Grangia de Broissuet.

Testes fuerunt Guido de Teys, Jofredus de Aqua Bella, Clarellus, Vullielmus Clarelli, Petrus de Gebennis, Petrus Benedicti, Anselmus de Randens, Mauricius notarius comitis.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Preuves*, pag. 47).

CDV. — **Domus Ynimontis.**

1200, 10 Decembris.

Thomas comes Mauriannensis et in Ytalia marchio notum facit Vuillermum abbatem Cluniacensem, cum domus Ynimontis ad Ecclesiam spectans Cluniacensem, et homines infra terminos ejusdem habitantes malorum vicinorum oppressionibus et angustiis vehementer affligerentur ipsorum desolationi compatientes, ipsi comiti dictam domum cum hominibus suis infra terminos Ynimontis habitantibus commendavisse, ut sub ejus defensione et tuitione optatae pacis solatium invenirent.

Quapropter comes haec promisit: cujuslibet familiae dominus, qui cum bove vel bobus laboraverit, duodecim tantum denarios viennensis monetae singulis annis sibi et suis persolvet successoribus; si vero sine bove vel bobus laboraverit, sex denarios et non amplius; quem censum prior de Ynemonte in solemn. S. Martini colliget et persolvet nuntio Comitis ad hoc misso.

Cum autem Comes venerit apud Ynemontem pro negotiis domus, seu propriis, vel officialis ejus ad hoc specialiter missus, pignore dato vel idonea cautione, credenciam in victualibus per quadraginta dies habebit, et sumptibus suis manebit, nil de bonis habitantium sine pretio tollet, praeter paleam et faenum; nullum hominem Ynemontis sine voluntate prioris retinebit ad manendum etc.

Infra terminos Ynemontis nullum aliud castrum vel munitionem sine assensu et voluntate Cluniacensis Ecclesiae aedificabitur. Comes nullam talliam in Domo vel hominibus Ynemontis faciet vel exactionem; et si quis hominum ibi decesserit intestatus, de bonis ipsius nihil assumet. Hoc autem jus in dicta domo et hominibus nunquam a mano Comitis et illius qui comitatum habuerit, aliquo modo possit alienari.

Prior vero Ynemontis institutus, infra triduum ex quo domum intraverit, Thomae comiti, si circa Rodanum fuerit, vel Castellano de Rossillion promittet se has pactiones servaturum; homines Ynemontis fidelitatem ei jurabunt, salva fidelitate Cluniacensis Ecclesiae, atque eum tam pro suis negotiis, quam pro negotiis Domus defendere teneantur et juvare etc.

Thomas comes has conventiones juramento proprio et baronum suorum, archiepiscopi Tharantasiensis, Gratianopolitani, Bellicensis et Mauriannensis episcoporum sigillis confirmat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cartario* 222, fol. 861. Transcripsit Philippus Saraceno).

CDVI. — **Monasterium Burgeti.**

1202, mens. Aprili. Apud Camberiacum ante ecclesiam Hospitalis.

Thomas comes, filius Umberti comitis, confirmat monasterio Burgeti donationes ab Amedeo et Umberto, avo et patre suo factas.

Testes fuerunt Petrus de Seyssel, Guifredus Marescalcus, Mauricius notarius.

(E Tab. Burgeti. Edid. GUICHENON, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 88).

CDVII. — **Sophia Umberti III f. Azonis VI estensis uxor.**

Ob. 8 Decembris 1202.

Hoc jacet in tumulo pia nomine Virgo Beatrix
Quae fuit ex animo divinae legis amatrix,
Marchio quam genuit Estensis et Azo vocatus,
Coniuge Patre sata, Sabaudia cui Comitatus.

(MURATORI, *Antichità Estensi*, Tom. I, p. 406. BALAN, *Memorie della B. Beatrice I d'Este*, Venezia, Tip. Emiliana, 1878, pag. 73).

CDVIII. — **Villula S. Gingulphi.**

1203, 15 Martii. Thonon.

Thomas, Mauriannensis comes et marchio Italiae, nullum jus in villula S. Gingulphi habere declarat praeter unius diei et noctis tractus ante Natalem Domini, si quidem tamen tribus hominibus, quibus ad levandos tractus veniunt, cibus necessarius debeatur; ceterum villulam ad abbatem Habundantiae pertinere.

Testes: P. de Compeis castellanus de Fisterna, marchio tunc temporis castellanus de Alingio, Guillelmus de Servent, Guifredus Marescalcus, P. de Lunet, Guillelmus de Ayma, Stephanus de Roverea, Guillelmus marchio, Anselmus Mistralis del Salvey, Girodus de Sessenay, Morandus de Alingio, Amedeus vice dominus Fisterne, et Willemus frater ejus, Ludovicus Devogy, Ludovicus de Fisterne, Guillelmus abbas Habundantiae etc.

(GREMAUD, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, I, p. 153, Doc. 210).

CDIX. — **Domus Altaecumbae.**

1203, 22 Octobris. Apud Camberiacum in domo Hospitalis.

Thomas comes Mauriennae et marchio Italiae pro remedio animae suae et patris sui Umberti comitis b. m. et uxoris suae et liberorum

suorum Domui Altaecumbae donat liberam potestatem emendi et vendendi ad proprios usus necessaria, per omnem terram suam absque pedagio, aliaque privilegia concedit.

Testes sunt Nicolaus prior Aquae-Bellae, Anselmus de Randens, Guido de Toys, Petrus de Seyssel, Berlio de Chambuesc, Guido de Gerbais, Jacobus de Chevelu, Remundus de Conflens.

Mauritius comitis notarius scripsit.

(E Tab. Altaecumbae. GUICHENON, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 47).

CDX. — **Ecclesia Novalicii**.

1204, 19 Junii. Apud Secusiam.

Thomas comes Mauriannensis et marchio Italiae confirmat Ecclesiae Novalicii donationes, quas fecerant Umbertus comes antecessor suus et comitissa Adelaysia, atavia sua.

Testes Hugo Ulciensis praepositus, Henricus de Bagnol ejus canonicus, Bernardus procurator Montis Cenisii, Aymo de Sancto Michaele, Anselmus de Aprili, Amedeus de Eytone, Pontius de Cuyna, David del Crues, Petrus de Thoueto, Richardus de Arbino, Andreas Gascaldus de Novalicio, aliique.

Mauritius comitis Thomae notarius scripsit.

(Edid. GUICHENON, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 48).

CDXI. — **Fratres Carthusiae de Meyria.**

1204.

Thomas marchio in Italia fratribus Majoraevi donat quantum habere potest intra terminos eorum. In testimonium suum sigillum apposuit.

(E Tab. Carthusiae de Meyria, GUICHENON, Hist. Gen., *Preuves*, pag. 47).

CDXII. — **Guilelmus de Aquabella**.

1205, 19 Januarii. Ind. VIII. In burgo S. Ambrogii in domo Poncii Villelmi.

Willelmus de Aquabella Thomae comiti Mauriannae et marchioni in Italia melius quam alii domino, excepta fidelitate qua tenetur marchioni Montis ferrati, promittit vitam, membra, res omnes et homines dicti comitis secundum suum posse salvare et protegere. Et comes eum et res ejus juvare et defendere secundum posse promittit.

eique pro feudo gentili donat centum solidos Secusinorum in pedagio ad Sanctum Ambrosium. Praeterea praecipit Jofredo Monetario ut, terminis constitutis, praefatam pecuniam reddat Willielmo, et hoc idem praeceptum mandat fieri, quicumque pedagiator existeret.

(E R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Fasc. 7, S. Ambrogio, n. 1. Transcripsit Petrus Vayra).

CDXIII. — **Guilelmus de Coligny.**

1206.

Guillelmus de Coliniaco homagium Thomae comiti Sabaudiae reddit pro honore Coliniaci, et promittit feudo adjungere castra Brionis et Rougimontis et quidquid a filiis Umberti de Thoires tenebat.

(E R. Tab. Taurinensi Cam. Comp. *Contrats entre la Maison de Savoie et les Princes étrangers*, fol. 185).

CDXIV. — **Eccl. S. Bernardi Montis Jovis.**

1206, In civitate Augusta.

Thomas, comes Mauriannensis et marchio Italiae, ecclesiae S. Nicolai et S. Bernardi Montis Jovis, rogatu Petri ejusdem ecclesiae praepositi, donat quidquid Boso et Geroldus et Bernardus et Amedeus de Alingio ab Amedeo patruo suo habebant.

Testes: Walbertus Augustensis episcopus, Boso vicecomes, Rodulphus de Theis, Ricardus de Munpancum, Anselmus de Beleatus, Aymo de Porta, Petrus de Chernis, Bertrandus de Monte Jouet et multi alii.

Factum per manum Petri praepositi Montis Jovis.

(E Tab. canonici De Rivaz, *M. H. P.* Chart. II, col. 1248).

CDXV. — **Aymo de Grangia pedadogus.**

1206.

Thomas Mauriannensis comes, pro pedagogali officio, quod Aymo de Grangia filio suo Humberto diligenter exhibuit, assensu et voluntate comitissae et filiorum suorum, illum et haeredes suos ab omni gravante consuetudine et exactione collectarum atque hospitalitatis equorum suorum, vel familiae suae perpetuo quittat.

(E. Tab. civ. Camberiaci. V. *Mémoires de l'Académie de Savoie*, Serie II, pag. cviii).

CDXVI. — **Boso vice comes Augustensis.**

1206, mense Aprili.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio concedit in feudum Bosoni Augustensi vice comiti castrum de villa (Challant).

(E Tab. Brunod de Chevod transcripsit p. Camillus Dezuginge).

CDXVII. — **Karium, Testona, Meldunum.**

1207, I Junii. Ind. vii. Apud Basileam.

Philippus Romanorum rex Thomam comitem Sabaudiae consanguineum suum ad praesentiam suam accedentem investit per tria vexilla de universis bonis, quae per successiones a suis progenitoribus recepit, quaeque tenet ab Imperio, eique addit Villam de Kario nec non Villam de Testona, cum omni jure et integritate, quemadmodum ad imperium spectare dignoscuntur. Praeterea ab imperatore recipit in feodo castrum Melduni, promittens eum in ipso castro mantenere et contra omnes homines defensare.

Testes complures archiepiscopi, episcopi et comites, inter quos Rodulphus. de Hauspur et Henricus de Scharpfinbaum.

(Guichenon, Hist. Gen., *Preuves*, pag. 48).

CDXVIII. — **Monasterium Alpense.**

1207, 28 maii. Apud Aquam-Bellam in domo Clarilli.

Thomas comes Mauriannae et marchio in Italia monasterio Alpensi donationes ab Umberto comite, avo patris sui, aliisque factas confirmat, et se monasterii defensorem constituit coram episcopo Gebennensi, et laudantibus illis de Revorea, scilicet Humberto et Aymone fratre ejus et Petro consanguineo ipsorum etc.

Testes sunt Ricardus de Camera, Guigo de Teis, Vullielmus de Belfort, Mauritius notarius comitis, Guifredus marescalcus et Jacobus Bartholomei.

Humbertus prior Stamedei scripsit.

(E. R. Tab. Taurinensi. Guichenon, Hist. Gen., *Preuves*, pag. 49).

CDXIX. — **Petrus Meravilli.**

1208, 4 Junii. In claustro S. Johannis Mauriannensis.

Petrus Meravilli cedit ecclesiae S. Johannis Baptistae omne jus quod ab illa tenebat; et canonici promittunt praedicto Petro in obitu

ejus acturos esse pro eo in spiritualibus, sicut decet pro clerico suo. Domino Thoma comite praesidente.

(E Tab. Epis. Mauriannensis Edid. Al. Billiet et Albrieux, *Chartes du Diocèse de Maurienne*, pag. 58).

CDXX. — **Domus Allionis.**

Sine anno et loco.

Thomas Mauriannensis comes et in Italia marchio heremo Allionis, quem Humbertus pater ejus fundaverat, donat quidquid in alpe carbonis de feudo suo acquisiverat.

(E Tab. Carthusiae Allioni. Guichenon, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 49).

CDXXI. — **Domus Allionis.**

. . . . Sine anno et loco (1208?).

Thomas comes Maur. et in Italia marchio volens ad Dei servitium apud Albigens. iter incipere ac perficere, praecipit illis de Composta, ne domum Aillionis molestare praesumant super Alpes de Charbone; in adventu suo, si Deus sibi per suam gratiam reditum concedit, super eorum quaerimonias secundum formam juris statutum erit.

Hujus rei testes sunt Antelmus de Miolano, Humbertus de Seyssel, Guill. et Guido frater ejus de Balma, Probus scriptor comitis, Layus, Jacobus de Corvenna Montis-Meliani castellanus.

(E Tab. Carthusiae Aillonis, Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 51).

CDXXII. — **Domus Abundantiae.**

1208, mense Majo. Apud S. Mauritium.

Thomas comes Mauriannensis et marchio Italiae, petente Gebennensi episcopo, Domui de Habundantia confirmat omnia dona, quae domini de Fisterna et domini de Langins contulerant.

Testes fuerunt Boso miles de Concisa, Wilelmus miles de Orcheres, castellanus de Chillion, Pontius de Lusiliaco, castellanus de Festerna.

Datum per manum Mauritii Notarii Comitis et traditum Amaldrico Priori Habundantiae et Falconi operario.

(E Tab. Abb. Abundantiae. Guichenon, His. Gen. *Preuves*, pag. 50).

CDXXIII. — **Monasterium Clausinum.**

1209, 5 Februari. Ind. XII. S. Ambrosii.

Thomas comes et marchio Italiae Petro abbati Michaelis Archangeli Clusini donat jus suum in Javenno et forum regale et comitale.

Testes fuerunt Bertrannus abbas Pinerolii, Joannes abbas Secusiae, Henricus vicecomes Baratensis, Arducio de Plozascho, Roba de Plozascho, Witelmus de Ripalta, David de Camera Seneschallus, Petrus de Thouenco (?) cambellanus, Bonnivardus de Vienna et alii.

Jo. notarius S. Palatii.

(E Tab. Monast. Clausini. GUICHENON, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 50).

CDXXIV. — **Compositio super valle de Bagnies.**

1209, decimo quarto (?) nonas Julii.

Concordia facta inter Thomam comitem Sabaudiae et Aymonem Agaunensem abbatem, praesentibus et consentientibus Humberto et Amedeo, ejusdem comitis filiis, de valle de Bagnies, videlicet:

Ex quo Comes est inter Montem Jovis et Brest, dominus est vallis de Bagnies; et venationes et aventicii sive habitantes a porta S. Pancracii ad finem vallis ejusdem et nigra nemora et banni justitiae et milites et ministri et pascua ad utilitatem hominum ejusdem vallis servanda, et discensus magne aque, sunt Comitis.

Ex quo vero comes a praedictis recedit terminis, abbas dominus est ejusdem vallis, et ministri et universa praedicta sunt abbatis; collecta quoque de mayo antiquo jure, et collecta autunni pro tabula aurea quam comes Amedeus detulit ultra mare, etc.

Habet etiam Comes ibidem equitationes et mannopera ad castrum de Chillion et viginti septem solidos pro carvagio, et duodecim modios de blada, sive sit praesens sive sit absens.

Item neque Comes neque Abbas potest facere exactionem sive auxilium super homines de Bagnies, nisi fiat communi consilio tam comitis quam abbatis, et tunc quod ibi accipietur, inter abbatem et comitem communiter dividetur.

Recordatum fuit hoc primum apud Bagnies, ubi Amedeus et Humbertus filii comitis fuerunt, postea completum fuit apud villam francam, praesente Landrico episcopo Sedunensi.

Testes: Aymo et Vuilliermus de Turre, Nantelmus de Miolans, Petrus

de Saisello, Andreas de Cuyna, Giroldus et Vuillermus de alio, Jacobus et Martinus de Bagnies milites, Guifredus Marescalcus, Uldricus de S. Panchrasio et multi alii. Facte sunt due carte cum cirographo; quibus apposita fuerunt sigilla Landrici epis. Sedunensis, Thomae comitis Sabaudiae, Aymonis abb. Agaunensis et Capituli.

(E R. Tab. Taurinensi, *Protocolli ducali*, Cartario n. 222, fol. 41, transcripsit PHILIPPUS SARACENO).

CDXXV. — **Ministralia de Camberiaco.**

1209. In claustro Yennae.

Breve recordationis, Petrus de Sasel vicecomes de Novaleyse, Berlio de Chambuest *(Chamberiaci?)* Vido et Boso de Gerbays, Guifredus et Bernardus de Capilluto et Burno de Submonte recognoscunt a Thoma comite Mauriannensi et in Italia marchione Ministraliam de Chamberasc et quasdam alias possessiones.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. *Titres pour Fiefs*, Fasc. VIII).

CDXXVI. — **Thomas Dux (?) Sabaudiae testis.**

1210, 13 mensis Junii. Ind. XIII. In Albensi civitate.

Privilegium Ottonis IV Romanorum imperatoris de libertate civitatis Astensis et absolutione poenarum.

Testes: episcopi Taurinensis, Astensis, Albensis, Guielmus praepositus Aquensis, Thomax dux *(sic)* Sabaudiae, Manfredus marchio de Salucio, marchio Guillelmus Montisferrati, Otto marchio de Carreto etc.

Conradus Spirensis epis. imp. aulae canzellarius vice domini Theodoricii Colloniensis archiep. et totius Italiae archicanzellarii recognovit. Datum per manum Gualterii imp. aulae prothonotarii XVIII Kal. Julii.

(Codex Astensis de Malabayla, Vol. II, pag. 74. Doc. 7).

CDXXVII. — **Thomas Comes testis.**

1210, 1° Julii. Ind. XIII. Apud Taurinum.

Otto IV imperator monasterio Casanovae possessiones suas confirmat.

Testes: Thomas Mauriannensis comes, Guilielmus marchio Montis-

ferrati, Manfredus marchio de Salutiis, Otho marchio de Carreto, Henricus marchio de Carreto, Belengerius marchio de Busca, Manfredus Lancea marchio de Busca.

(MULETTI, *Memorie di Saluzzo*, Vol. II, pag. 158).

CDXXVIII. — **Adelayda Comitissa Pedemontis Guigoni Dalphino homagium facit de marchionatu Saluciarum.**

1210, 8 Augusti, Ind. VIII.

Regnante Ser. Frederico Romanorum Imp. et Sicilie rege. Pateat universis tam praesentibus quam futuris, quod post multa verba facta per religiosum D. Simonem de Plochasto abbatem Stapharde inter illustrem Guigonem Dalphinum Viennensem et Adalaydam comitissam Pedemontis filiam Olderici, ambo apud Ebredunum convenerunt, et sic concordaverunt. Ipsa Comitissa, neptis ipsius Dalphini, requisivit ipsum Dalphinum quod ipsam vellet adjuvare ad comitatum suum defendendum contra Raymundum Berengarium comitem Provincie et Folcalquerii, qui terram suam de ultra Sturam vastavit et igne cremavit, offerens se ipsa comitissa ipsi Dalphino, patruo suo, quod in nobile et gentile feudum, antiquum et paternum per se et suos heredes et successores recognoscet, et inde homagium faciet marchionatum suum Saluciarum, salvis tamen appellationibus et sacris juribus imperialibus. Cui Guigo Delphinus dicte neptis sue comitisse promisit, etc. et ipsam Adelaydam comitissam, facta fidelitate et homagio ligio de predicto marchionatu suo Saluciae, evaginato gladio solemniter investivit per se et suos heredes, etc. Acta sunt haec apud Ebredunum in domo Archiepiscopali in praesentia Raimundi archiepiscopi et venerabilis Simonis abbatis predicti et Uberti comitis Blandinensis, et Eynardi de Menglono et Guilelmi de Podio et Johannis Alamanni militum, etc. Jacobus Cicerani notarius S. Palatii scripsit.

(DU-CHESNE ANDRÉ, *Hist. généal. des Ducs de Bourgogne*, etc. MULETTI, *Memorie storico-diplomatiche di Saluzzo*, Tom. II, pag. 161. Documentum foede confictum. Alaxiam uxorem Manfredi II, cui cognomentum Punasio ex quodam nasi vitio fuit, Guilelmus IV Montisferrati marchio genuit, non iste Oldericus, ignotus Guigonis Delphini frater; neque *Pedemontis comitissae* dignitatem Alaxia obtinuit, cujus ne nomen quidem extabat. Manfredus II Punasius anno 1210 vivebat, quapropter uxor ejus sine mandato viri marchionatum legi vectigali submittere, nec sacramentum Delphino dicere potuisset. Praeterea hoc anno Otto IV imperator regnabat, non Fridericus II, atque Indictio XIII, non VIII vertebat. Denique Raimundus Berengarius anno 1210 duodecim annos natus erat).

CDXXIX. — **Martinus Robout.**

1210, 12 novembris. Aquebelle.

Thomas comes et in Italia marchio ecclesiae S. Johannis in Mauriana donat Martinum Robout de la Traversa, ejusque successores.

(E Tab. Epis. Mauriannensi. Edid. Al. Billiet et Albrieux *Chartres du Diocèse de Maurienne*, pag. 57).

CDXXX. — **Super regalibus Gebennensibus.**

1211, in festo Calixti papae. Juxta Lugrins.

Bernardus Gebennensis episcopus per fidelitatem requirit a comite Mauriannensi Thoma, ne super Regalibus Gebennensibus pacem faceret, et ne eadem regalia, etiamsi darentur illi, reciperet, quia erant de jure Ecclesiae Gebennensis. Ipse vero Comes respondit, quod super Regalibus nunquam moveret causam contra Ecclesiam Gebennensem, nec acciperet sive reciperet jus Ecclesiae Gebennensis.

Huic facto præsentes fuerunt Merardus prior de Vivo juxta fabricas, et Manfredus clericus.

(Spon, *Hist. de Genève*. Tom. II, p. 19).

CDXXXI. — **De regalibus Gebennensibus.**

1211, 14 Octobris (In festo Calixti papae).

Rodulphus Boni Montis et Vilhelmus Alpensis abbates Cistercensis ordinis, ac Geroldus decanus Alingii, nuntiant quod Bernardus Gebennensis episcopus requisivit a comite Mauriannae Thoma, et prohibuit eidem ne super regalibus Gebennensibus pacem faceret. Comes vero respondit quod super regalibus nunquam moveret causam contra ecclesiam Gebennensem, nec acciperet sive reciperet jus ecclesiae Gebennensis.

Interfuerunt Merardus prior de Vivo juxta fabricas et Manfredus clericus.

(E R. Tab. Taurinensi, Genève, Cath., I, Fasc. 8, n. 9, transcripsit Petrus Vayra).

CDXXXII. — **Bertoldus dux et Thomas comes.**

1211, 19 Octobris.

Dux Bertoldus et comes Maurianus Thomas pacificati sunt juxta coenobium de Altacrest.

(E Chartulario Lausannensi in Bib. Bernensi adservato. Wurstemberg, *Hist. Petri* II, Probationes, Doc. 44).

CDXXXIII. — **Thomas comes Sabaudiae testis.**

1212, 19 Januarii Ind. xv. Apud Laudam.

Otto IV Romanorum imperator hominibus de Crema possessiones, jura et consuetudines quas habebant in castro Cremae et burgo et villa, concedit, aliaque privilegia confirmat, pro quibus singulis annis in signum subiectionis dabunt marchiam unam auri, et Consules electi debeant recipere investituram consulatus ab imperatore vel ab ejus nuntio etc.

Testes: Gulielmus marchio Montis ferrati, Thomas comes Sabaudiae, Gulielmus marchio Malaspina, Ezelinus de Romano, Salinguerra de Ferraria et alii quam plures.

(Benvenuti, *Storia di Crema*, I, p. 182).

CDXXXIV. — **Confirmatio possessionum S. Justi Sec.**

1212, mense Martio.

Thomas comes confirmat abbati monasterii S. Justi Secusiensis quicquid illi concesserant comites Amedeus et Humbertus, avus et pater Thomae comitis; ratificat et laudat hanc confirmationem Amedeus, f. Thomae comitis.

(*Zibaldone Pingoniano*, in R. Tab. Taurinensi).

CDXXXV. — **Villae de Matiis et de Menaviis.**

1212, 1° Martii. Ind. xv. Secusiae.

Thomas comes Sabaudiae, praesentibus Petro abbate S. Justi de Secusia, et Domini Anselmo de Aprili et Richardo de Bargiis, desi-

gnat et definit confines et cohaerentias villarum de Matiis et de Menoviis et possessiones feudales domini Arnaldi.

Testes: Hugo praepositus Ulciensis, Humbertus judex de... Richardus de Camera, Petrus de Saysello, Bernardus Bartholomeis, Rodulphus Barralis, Petrus Bartholomeis, Petrus de Amaysino.

Conradus imp. aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Abbazia di S. Giusto di Susa*, Mazzo I, n. 11).

CDXXXV. — **Villa Vigoni.**

1212, 5 Martii. Ind. xv. Secusiae.

Commutatio bonorum inter Thomam Mauriannensem comitem et Petrum abbatem S. Justi Secusiae. Abbas cedit villam Vigoni, et accipit leydam pedagiorum et mercati Secusiae, terram S. Juliani, villas de Mathicis et de Menouis, cum omnibus pertinenciis. Thomas comes et Amedeus filius ejus hanc commutationem ratam habere promittunt.

Testes fuerunt Hugo praepositus Ulciensis, Humbertus judex de Testona, Albertus de Bargiis judex, Richardus de Cand., Amedeus de Villeta, Petrus de Seysello, Bernardus Bartholomeus, Bomo de Vallon, Rodulphus Baralis, Petrus de Meysino, Mauricius scriptor, Albertus Albus et alii quamplurimi.

Petrus Imp. Aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi *Abbazia di S. Giusto di Susa*, Mazzo I, n. 10. *Hist. Pat. Mon.*, Charte I, col. 1188).

CDXXXVI. — **Feudum Hugonis de Bard.**

1212, 28 Junii. Augustae.

Thomas comes Mauriannensis et marchio in Italia Valperto episc. Augustensi concedit feudum, quod Hugo de Bardo ab ipso episcopo tenebat, et illud quod Augustus de Croso ab ipso Hugone tenebat.

Testes fuerunt Bonifacius prior S. Ursi, David archidiaconus, magister Albertus, Vifredus Marescallus, Petrus de Thoueto, Petrus de Maisino.

Petrus Imp. Aulae notarius scripsit.

(E Tab. epis. Augustensi, *Hist. Pat. Mon.*, Chart. I, col. 1191).

CDXXXVII. — **Marchio Saluciarum.**

1218, 30 Aprilis.

Foedus inter Thomam comitem Sabaudiae et Manfredum II, cognomento Punasium, marchionem Salutarium.

(E R. Tab. Taurinensi. *Saluzzo, Marchesato,* Cat. IV, Mazzo I, n. 4).

CDXXXVIII. — **Pacta nuptialia Amadei de Sabaudia.**

1218, 28 Aprilis. Ind. I. In castello de Saluciis.

Breve recordationis de pactis inter Thomam comitem Mauriannae et Manfredum II marchionem de Saluciis. Marchio de Saluciis donat Agnetem f. quondam Bonefacii in uxorem Amedeo f. dicti comitis. Si Amedeus decederet ante matrimonium consumatum, Umbertus frater ejus eam in uxorem haberet; et si Umbertus eodem modo supradicto decederet, semper ille filius qui Comes post istum esse deberet, eam accipiet in uxorem. Idem marchio dat Agneti in dotem medietatem rerum suarum, videlicet Runcaliam et Fontanilum et medietatem de Bargiis, et Revellum cum tota valle Paudi, praeter Envias, quam Vido de Ploziasco tenet in feudo; praeterea Salutias, Bordellum, Verzolium, Felicetum et quartam Varennae cum Poerto et Costollas, Villam, Centallum et Romanisium usque ad petram Schillantem; et feudum Rufini de Sarmatorio, et cetera quae habet citra Tanagrum et ultra et citra Sturiam.

Ex parte Comitis juraverunt Jacobus de Romagnano, Arducio de Ploziasco, Fredericus de Romagnano, Oliverius de Romagnano, Valfredus de Ploziasco, Arducio de Romagnano, Bonefacius de Ploziasco, Henricus vicecomes Baratoniae, Willelmus de Ripalta, Nantelmus de Miolano, Willelmus de Belfort, Petrus de Saixello, Willelmus de Bardo, Amedeus de Vileta, Arduinus de Chigninis, Petrus de Toueto, Hospicius Albrici castellanus Vigoni, David de Camera, Vifredus Marescalcus, Odo de Camera.

Ex parte Marchionis: Willielmus de Caraillo, Conradus de Manzano, Bonerius Blanchetus, Rufinus de Sarmatore, Willelmus Pilosus, Gandulfus de Verzolio, Amedeus de Brozasc, Bonefacius de Droa, Willelmus de Moreta, Mainfredus de Droa, Alricus de Droa, et plures alii.

Petrus Imp. Aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Saluzzo, Marchesato,* Cat. II, Mazzo I, n. 8. *Hist. Pat. Mon.* Chart. II, col. 1277).

CDXXXIX. — **Thomas comes et milites Secusienses.**

1213, 12 Junii.

Concordia inter Thomam comitem Mauriannae et in Italia marchionem, et milites Secusienses una cum ecclesiasticis et burgensibus Secusiae, aliisque, qui partem ex eorum feudis a praefatis militibus acquisiverunt; statuitur super iisdem feudis, quae Comes posuerat in suum saysimentum.

Mauritius notarius comitis.

(In R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Giusto,* Fasc. II, n. 21).

CDXL. — **Conventus de Altacrest.**

1214.

Thomas Mauriannensis comes, in Italia marchio, abbati et conventui de Altacrest donat terram quae appellatur Grandis, juxta castrum de Chillon, et quaedam jura sibi reservat.

Testes Nantelmus de Myolanis, Petrus de Saisel, Petrus de Amasins, Nantelmus de Albona, Erluinus de Chinins, Vreffedus Marescalcus, Villelmus de Anvie, et Villebertus minister de Chillon.

Mauricius notarius domini Comitis.

(E Tab. Civ. Lausannae edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* pagina 116).

CDXLI. — **Libertates Villae Novae.**

1214, mense Aprili.

Thomas Sabaudiae comes libertatem facit hominibus Villae novae prope Chillon.

(Memoratur in confirmatione ejusdem libertatis ab Amedeo IV comite facta anno 1252. Vide ad annum).

CDXLII. — **Rodulfus de Conteiz.**

1214, mense Martio. Apud Conteis.

Thomas comes Sabaudiae, laudantibus Amedeo et Humberto filiis suis, fideli suo Rodulpho de Conteiz donat in augumento feudi, ita ut Rodulphus non debeat aliquem extraneum hospitari vel spurium ad

opus sui, donec ille a Comite prius querat herbergamentum, et si Comes noluerit eum retinere, postea possit ipse Rodulphus ipsum herbergare, sed habebit eum in feudum a domino comite.

Testibus: Nantelmo de Miolano, Petro de Saissel, Guifredo marescalco, Ugone de Montemeliano tunc castellano Guilonis (?), Anselmo de Broil, Willelmo Albo. Hoc laudaverunt Amedeus et Umbertus filii Comitis.

Datum per manus Mauricii notarii comitis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Vaud*, *Baronie*, Fasc. II, *Contege*, n. 1. Transcripsit P. Vayra).

CDXLIII. — **Libertates Yennae.**

1215.

Thomas comes Sabaudiae libertatem Yennae declarat.

(Cibrario, *St. della Monarchia di Savoia*, Vol. I, pag. 264).

CDXLIV. — **Guilemus Constantia.**

1215, 28 Aprilis. Ind. iii. In castello Salutiarum.

Manfredus Salutiarum marchio et Alaxia uxor ejus et Manfredus nepos eorum investiverunt Villelmum Constantiam de castello de Costiglolis, salvis pactis comitis Mauriannae.

Testes: Vido de Plozasco, Villelmus et Ruffus de Summaripa, Henricus de Castamagna, Ardizio de Ruviglasco, Bertrannus de Arquelli et alii.

Segnorinus notarius S. Palatii scripsit.

(Muletti, *Memorie storiche di Saluzzo*, Vol. II, pag. 186).

CDXLV. — **Thomas comes et commune Vercellarum.**

1215, 22 Junii. Ind. iii. In brolio Eccl. S. Petri extra locum de Piverono).

Brunaxius Porca potestas Mediolani nomine Communis Mediolani fideiussorem se praebet erga Thomam comitem Mauriannae, pro com. civit. Verzellarum, ut omnia pacta et conventiones inter dictum comitem et com. civit. Verzellarum, ex parte ipsius communis observentur, prout in chartis de ipsa concordia per manum Johannis Guersi et Petri notariorum legitur.

Testes: Gallinus de Aillate consul iust: Riae, Nicolaus de Mandello, Guido Mamerius, Bertrandus de Lampugnano, Johannes Zanaravius, Milanus, Murilla, ambaxatores Communis Mediolani; Ubertus Stampa notarius, Hamelinus de Melano, Amedeus de Vileta, Petrus de Saxello, Pontius de Envicia, Hugo de Bardo, Petrus de Toueto, Vuillelmus Sescale.

Petrus Imp. Aulae Notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. *Contrats et traités entre les Ducs de Savoye et.* Fol. 887).

CDXLVI. — **Domus Aillonis.**

1216.

Thomas Mauriennae comes et in Italia marchio eleemosinas domui Aillonis ab Umberto III patre suo factas pro cera et oleo et Missarum celebratione confirmat, idest XVIII solidos et X sometas vini meri de suo clauso proprio.

(E Tab. Aillonis. Guichenon, *His. Gen. Preuves*, pag. 50).

CDXLVII. — **Ecclesia S. Petri de Ripalta.**

1216, 12 Januarii. Apud Avillianam.

Willelmus de Ripalta et Oliverius fratres nomine suo et Ribaldi fratris donant Ecclesiae S. Petri de Ripalta quidquid ipsa ecclesia possidet in Ripalta, in Govone et Marconay, pro qua donatione acceperunt a monasterio ducentas libras secusianorum.

Actum in aula Petri de Toueto in praesentia Thomae comitis Mauriannensis et in Italia Marchionis, qui hoc approbavit. Jurant fratres de Ripalta, et Comes idem praecipit de matre et uxoribus atque sororibus eorum.

Testes: Nantelmus de Miolano, Ricardus de Camera, Guillelmus de Belfort, Pontius de Cuna, Fridericus et Antonius de Plozasco, Aynardus de Taurino, Petrus de Toueto, Petrus praepositus S. Dalmacii, Guigo Bonet, Guillelmus Saracenus, Petrus Benedicti de Aquabella.

Mauritius imp. Aulae notarius scripsit. Die autem 29 ejusdem mensis Januarii Ribaldus donationem confirmavit in castro Ripautae. In eodem castro 1 mensis maii idem fecit domina Mateuda soror praedictorum fratrum. Ipsa die idem fecit in Cumbaviana in porticu domus magnae de Cumbaviana Berta soror dictorum fratrum et Matheudae. Ipsa die

in Giavenno in sala domini Bonivardi idem fecit domina Sibillia soror etc. Insequenti die in Reano in domo domini Palmerii de Reano idem fecit Beatrix soror. Die 27 aprilis hoc idem fecerat domina Sismonda soror, Taurini in domo filiorum q. Ardizionis de Rouere.

Guillelmus Denius notarius S. Palatii scripsit.

(E Tab. Communis Ripaltae. CLARETTA, *Sugli antichi signori di Rivalta*, p. 125).

CDXLVIII. — **Guilelmus Mogna et Englejus de Cumbaviana**

1216, 18 Aprilis Ind. IV. Cumbaevianae prope domum Jacobi Croti.

Willelmus Mogna de Cumbaviana et Otto et Petrus fratres ejus pro se et pro cunctis de eorum parte promittunt Petro Dettoveto Castellano Avilianae et Davidi de Crosso Castellani de Vigono, vice et a parte comitis Sabaudiae recipientibus, attendere et observare omnia praecepta, quae eis fecerit praedictus comes de discordiis, quae inter ipsos ex una parte, nec non Englejum de Cumbaviana et Gilium filium suum et suos adjutores ex altera, sub poena C lib. bonorum secusinorum.

Testes: Freelinus de Romagnano, Petrus marchio de Romagnano. dominus Bonivardus..... Willielmus de Ripauta, Merlo de Plozasco, Gigo Bovetus, Jacobus Sarrajenus et alii quam plures.

Eadem die, in eodem loco Cumbaevianae illud idem fecerunt Englejus de Cumbaviana et Gilius ejus filius. Ipsa die et loco Petrus Dettoveto ex parte Comitis pracepit districtius utrique parti tenere firmam treugam usque ad XV dies proximos post eventum Comitis isti venturum.

Guillelmus notarius.

(Ex Autog., quod in R. Tab. Taurinensi adservatur. *Susa*, Fas. 6, Casellette, n. 1. Transcripsit P. VAYRA).

CDLXIX. — **De hominibus Secusiensibus.**

1216, 16 Novembris Ind. V. Apud Secusiam in domo Petri Bartholomei.

Thomas comes Sabaudiae et Italiae marchio, praesentibus et laudantibus filiis suis Amedeo et Umberto, concedunt universis Secusiae habitatoribus in perpetuum, ut libere per testamentum dare possint tutelam rerum suarum, suorumque heredum.

Testes: Castellanus Avillaniae, Petrus de Ethoue (*de Thoueto?* castell. Secusiae, Johannes de Monte Aymonis, Petro... de Camera.

Bartholomeus de Tolaco, Johannes Girardi, Girardus... de Aqualba, Petrus Bartholomei, Jacobus de S. Martino.... Baralis, Radulfus Baralis, Stephanus Monetarius.

Symondus... scripsit.

(E Tab. Civit. Secusiae. *Hist. Pat. Mon.* Leges municipales, I, col. 8).

CDL. — **Marchiones Saluciarum.**

1216, 30 Decembris. Ind. IV. In pratis de Runco inter Cargnanum et Carmagnolam.

Alassia comitissa de Saluciis et Mainfredus ejus nepos Thomae comiti Sabaudiae donant quidquid habent in Bargiis, et nominatim duas partes medietatis de Bargiis, castri, podii et districti. Thomas comes Mainfredum investit de toto supradicto de Bargiis in feudum rectum etc., ita ut a primo pascha resurrectionis Domini in antea liceat Comiti facere guerram in feudo et in tota terra Comitissae vel Mainfredi. Praeterea comes Mainfredum de Saluciis investit de omni alio feudo, quod ipse et antecessores sui antiquitus vel noviter tenebant ab eo, nominatim de Roncalia et de Fontanilis, et Mainfredus fidelitatem Comiti fecit, salvo Imperatore et marchione Montisferrati.

Testes fuerunt Mainfredus Lancea, Dominus Gotofredus, Vala advocatus, Vido de Plozasco, Boso vicecomes, Poncius de Cuina.

Segnorinus S. Palatii notarius duas cartas per abecedarium divisas scripsit.

Segnorinus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Saluzzo*, *Marchesato*, cat. IV, Fasc. I, n. 2 Transcripsit P. Vayra).

CDLI. — **Guilelmus de Busca.**

1217, 15 Martii. Ind. V. Avillanae.

Dominus Wuillelmus de Busca Thomae comiti Sabaudiae et in Italia marchioni donat castellana de Busca et castellum Scarnafi cum omni districto etc., in integrum, quae sunt de allodio suo. Thomas vero investit Wuillelmum de praedictis castris, eique quolibet anno in Natale Domini dabit de Camera sua decem libras secusinorum bonorum. Wuillelmus comiti fidelitatem et homagium fecit.

Testes fuerunt Ricardus de Camera, Amedeus de Vileta, Federicus de Plozasco, W. de Ripalta, Poncius de Cuina, W. de Gril de Cum-

baviana, Moigna, Guifredus Marescalcus, David de Camera, Petrus de Toueto, Opizo Alberici Bergoig, de Dian Pepinus, Bozo de Cuina, W. de Ferraris Iudex.

Mauricius imp. Aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cuneo*, Fas. III, n. 2. MANUEL, *I Marchesi del Vasto*, pag. 344).

CDLII. — **Domus Carthusiensis magna.**

1217, 2 Aprilis. Ind. v. In Tarantasia, in Viridario Tarantasiensis ecclesiae.

Thomas comes Maurian. et in Italia marchio donat domui Carthusiensi IV libras fortium annuatim in pedagio S. Regniberti ad faciendum convivium patribus memoratae domus in vigilia Paschae et in die, atque in sequenti feria secunda. Donationem laudat Amedeus filius comitis.

Mauritius Comitis Notarius scripsit.

(Edid. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 52.).

CDLIII. — **Hospitale S. Jacobi.**

1217, 8 Novembris. In capitulo Agaunensi.

Thomas Mauriannensis comes et marchio, consentientibus et concedentibus filiis suis Amedeo et Humberto, donat S. Mauritio Agaunensi quidquid juris habebat in hospitali S. Jacobi apud S. Mauritium, ita tamen ut consueta pauperum hospitalitas non minuatur.

Factum est hoc in capitulo Agaunensi, in manu Aymonis abbatis et in praesentia Canonicorum.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. Edid. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, p. 52).

CDLIV. — **Berlio de Sandiaco.**

Sine anno et loco.

Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia Berlioni de Chandiaco salutem. Illum praecipiendo rogat, ut super donationem ab Umberto III comite, et a Berlionis patre domui Aillonis factam ab omni injuria se abstineat, et restituat quod de rebus monasterii cepit.

(E Tab. Carthusiae Aillonis. GUICHENON, *Hist. gen. Preuves*, pag. 51).

CDLV. — **Arbertus de Turre.**

1218, 30 Januarii. In castro Symphoriani.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio, una cum uxore et filiis suis, promittit Arberto domino de Turre quod non crescat dominium suum super dominium dicti Arberti, nec in aliquo castro, ubi ille jus aliquod habeat. Hoc idem jurant filii ejus Amedeus et Humbertus.

In praesentia Wi. de Claromonte, N. de Luyrieu, Isindonis de Bocsezel, Nicolai prioris Aquaebellae, et Joffredi Liatardi.

(E Tab. Cam. Comp. Delphin. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 665).

CDLVI. — **Privilegia Augustana.**

Sine anno et loco. 1206? Augustae?.

Thomas comes et marchio in Italia, consilio baronum suorum, ad petitionem militum et aliorum proborum virorum, qui se hominibus comitis civibus Augustensibus sociaverunt, scripto de libertate civitatis Augustensis alia quaedam privilegia adjicit.

(E Tab. epis. Augustensi. I. A. Duc, *Cartulaire de l'Évêché d'Aoste*, pagina 288, in *Miscellanea di Storia Italiana*, Vol. XXIII V. ad an. 1196).

CDLVII. — **Matrimonium Margaritae de Sabaudia.**

1218, 1 Junii. Apud Meldunum.

Thomas comes Sabaudiae dat filiam suam Margaritam, quae est infra nubiles annos, comiti Artemanno, filio comitis Uldrici de Kibor, promittitque ei MM marcas argenti. Artmannus comes pro melioramento Margaritae uxoris suae donat illi MM marcas. Uldricus comes filio suo Artemanno donat, extra partem filiorum suorum, duo castra, duas curias, promittitque urbem Kibors esse in partem comitis Artemanni.

Pro Thoma comite juraverunt ejus filii Amedeus et Umbertus, comes Bertoldus de Novo Castro, Umbertus de Bozozel, Nantelmus de Miolan, Amedeus de Vileta, Petrus de Seissel, Berlio de Chandieu,

Guido de Gerbais, Aimo de Pontverro, Amedeus de Sayssion, Petrus Damaisins, Ro. de Conteiz, et promittunt stare obsides in Villam Novam, donec attendatur; Ricardus de Camera se posuit in sua fide.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 62).

CDLVIII. — **Beatrix comitissa, relicta Umberti III.**

1219, ultimo die Martii. Apud Conflens.

Domina B. comitissa Sabaudiae domui de Valone Carthusiensis Ordinis dimidium modium vini annuatim donat, cum consensu Thomae comitis Sabaudiae et marchionis Italiae, et filiorum ipsius Amedei et Umberti.

(Edid. LEO MENABREA, *Mémoires de l'Académie de Savoie*, 2ᵉ Sér., Tom. II, pag. 281).

CDLIX. — **Beatricis Thomae comitis f. nuptiae.**

1219, 5 Junii. Apud Draonerias.

Thomas dei gratia comes Sabaudiae et marchio in Italia promittit episcopis B. et I. Antipolitano et Dignensi recipientibus nomine Raimundi Berengarii comitis Provinciae et Forcalquerii duo milia marcharum fini argenti, et hoc ratione dotis dandae dicto comiti cum filia sua. Solutionis termini statuuntur. Jurant hoc observare A. et V. filii Thomae et A. (*mendose: leg.* M) comitissa uxor ejus. Promittit, si non solventur M praedictae ad terminum praefixum, se tenere ostadia Marchio Montisferrati apud Saluces.

Hoc jurant Billator de Lucerna, Fredericus de Romagnano, Guido de Romagnano, Fredericus et Merlo de Plozas, Guillelmus de Ripalta. Palmerius de Rejano, Guillelmus marchio de Busca, Moigna de Comoviana, Ricardus de Camera, Nan. de Miolano, Guigo de Brianzon, Guillelmus de Belfor.

Testes: Inardi de Ronol, A. de Forcalquerio, G. de Caniano, P. Bardi, J. Monachi, V. de Bardonesza Ogerii, Guillelmi Pererii, G. Segnoret, G. Robert, Bertrandi Stefani Carerie a Borgo et alii plures.

Johannes dictus de Caluxio notarius scripsit.

(E Tab. Praef. Masilliensis edid. CIBRARIO et PROMIS, *Doc. Sig. et Mon.* p. 120).

CDLX. — **Domus de Aillone.**

Sine anno et loco.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio Domum de Aillone, Carthusiensis ordinis sub protectione et custodia sua suscipit.

(E Tab. Carth. Aillionis. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 52).

CDLXI. — **De Melduno.**

1219, 3 Julii. Apud Burie.

Concordia inter Thomam Sabaudiae comitem et Bertoldum episcopum Lausannensem super jura eorum in castro et burgo Melduni, quod comes a Philippo romanorum rege acceperat. Thomas recognoscit in feudo tenere ab episcopo omnia que antea comites Gebennenses tenebant ab episcopo in feudo; promittit solutionem centum librarum Lausannensium pro dicto castro, quod custodiet nomine ecclesiae Lausannensis. Episcopus renuntiat exactioni placiti vel mutagii, et pollicetur justitiam facere domino R. de Voltens (Bottens?) juxta arbitrium duorum hominum comitis et duorum hominum episcopi. Item promittit in gratiam recipere dominum de Blonay. De quibusdam fidelibus, quos episcopus Melduni habere dicebat, statutum erit judicio trium hominum de Melduno et trium de Curciliaco.

(E R. Tab. Taurinensi, *Baronie de Vaud*, pag. 82, et *Duché de Savoie*, pag. I, n. 4. Concordia in tria acta dividitur. Edid. HENRI CARRARD, *Le combat de Chillon*).

CDLXII. — **Thomas et Abbas Agaunensis.**

1219, 4 Julii.

Concordia inter Thomam comitem Sabaudiae et Aymonem Agaunensem abbatem de valle de Baignes, praesentibus et consentientibus Amedeo et Umberto filiis comitis. Haec primo recordata fuit apud Baignes, et postea completa apud Villamfrancam, in praesentia Landrici episcopi Sedunensis.

Testes fuerunt Aymo et Vuillelmus de Turre, Lantelmus de Miolano, Petrus de Maysoins, Amedeus de Saysonus, Andreas de Cuina,

Giroldus et Vuillelmus de Alio, Jacobus et Martinus de Baignes, milites, Giroldus de Baignes, Guifredus Marescalcus, Uldricus de S. Pancratio, Rodulfus Salterius, Vuillelmus Quarter et multi alii.

(E R. Tab. Taurinensi, *Benefices de là des Monts*, *S. Maurice*, pag. 10, n. 11, *M. H. P.* Chart. I, col. 1258).

CDLXIII. — **Fidelitas Pinerolensium. Statuta Pinerolii.**

1220, Pinarolii.

Commune et homines Pinerolii faciunt fidelitatem Thomae Mauriannensi comiti et marchioni in Italia.

(Cibrario, *Origine e progressi della Monarchia di Savoia.* Specchio cronologico, pag. 26. Actum non reperi. Sed in statutis Pinerolii legitur:

« Haec sunt statuta et ordinamenta facta per Illustriss. D. Thomam Comitem praefatum et sapientes Pinerolii ad hoc electos, et specialiter constitutos currente millesimo ccxx. Indict. viii. » Cap. II inscribitur: « De persona, rebus et juribus Illustriss. D. Thomae comitis Sabaudiae salvandis). »

CDLXIV. — **Domus Montis Cenisii.**

1221, 29 Decembris, Januarii, Ind. ix. In palatio sicusino.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio, et Margarita comitissa uxor ejus, filiique eorum Amedeus et Humbertus Domui et Henrico praeposito Montis Cenisii donant capellaniam dictam Comitis et omnes redditus a palo Bonizonis infra versus Italiam.

Testes rogati Bonifacius abbas Clusinus, Willielmus de Erlino monachus clusinus, Petrus de Amasino, Joannes Blanchardi, Petrus de Toueto, Rod. de Camberiaco, Joannes scriptor Comitis, Petrus presbiter et canonicus Montis Cenisii.

Conradus imp. Aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Preuves*, pag. 53).

CDLXV. — **Aymo de Ponte Vitreo.**

1221, 9 Januarii. Ind. ix. (stil. Incar.).

Commutatio bonorum inter Aymonem de Ponte Vitreo et Thomam comitem Sabaudiae et marchionem in Italia. Aymo cedit quidquid habet et omne jus suum in Turre et in Sala et in castro de Sallon

(*in Vallesia*) in hominibus ligiis, feudatariis etc. a lacu Lausannae ad montem Jovis, et quidquid habet in episcopatu Sedunensi. Contra autem accipit a Comite quantum hic habebat in mandamento de Sallon, quando guerra cepit inter jamdictum Aimonem et Johannem in mandamento de Ponte Vitreo. Quod si non posset hoc ei assignare, habebit in mandamento de Ulgina, vel in mandamento de Castellario, ubi Aimoni magis placebit. Comes donat praeter ea IV millia solid. gebenn. et ut hoc adtendatur, commendatur ei castrum de Ulgina. Aimo remanet ligidus et homo comitis pro VIII lib. placiti etc.

Testes: Ugo de Villanova, Porterius de Ramilliaco, Petrus de Maisins, Udricus de S. Branchier, Johannes Blanchars.

Durandus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Genevois*, Fasc. XL, Ugine, n. I. Transcripsit P. VAYRA).

CDLXVI. — **Petrus de Toueto.**

1221, 10 Aprilis. Apud Villam novam.

Petrus de Toueto, Camerarius Thomae comitis Mauriannensis et marchionis in Italia, consensu dicti comitis concedit monasterio S. Mauritii Agaun. ut monaci ab omni praestatione, nomine sigilli domini comitis, sint liberi et immunes.

Testes fuerunt Nantelmus de Miolans, Petrus de Amasins, Rolandus de Tornun, Johannes Blancars de Lugduno, Bertrandus de Montemeliano, Giradus de Crues.

Actum in Porticu Gillalberti villici.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. *M. H. P.* Chart. I, col. 1264).

CDLXVII. — **Novarienses.**

1221, 10 Sept. Ind. IX. Novariae.

Foedus inter commune Novariae et commune Yporegiae et comites et castellanos Canapicii. Statuitur quod non teneantur Novarienses in aliquo contra comitem Sabaudiae.

Testes: Gaspardus avocatus, Olivarius Treza, Bernardus de Fodro et alii quamplures.

Jacobus S. Palatii notarius.

(E Chart. Eporediensi, saec. XIII. Extat in Tab., S. GERMANI *Marchionis e Com.* S. MARTINI; pag. 182. Transcripsit P. SARACENO).

CDLXVIII. — **Sententia Aymonis de Grangia.**

1222, 12 Januarii.

Aymo Grangia, ex delegatione Humberti filii Thomae comitis, ab eodemque Humberto recognitus arbiter inter priorem Burgeti et Willelmum de Monte Jay, militem, filium Amadei de Chambariaco, dat sententiam pro Willelmo.

(*Zibaldone Pingoniano.* Wurstemberger, *Hist. Petri II*, Probationes, Doc. 55).

CDLXIX. — **Marchio Salutiarum.**

1222. 5 Julii. Ind. x. In finibus Testonae.

Manfredus marchio de Salutiis, consentientibus Alasia avia sua, Gulielmo Constantia ipsius marchionis fidelis, aliisque suis fidelibus, coram Jacobo Taurinensi episcopo et Aliprando Faba cive Brixiensi potestate Taurini, jurat perpetuum habitaculum civitatis Taurini; non faciet guerram contra comitem Mauriannensem, nec contra filios suos, nec contra alios sine consensu Potestatis vel Consulum Taurinensium: juvabit commune Taurini in omni guerra, et specialiter in illa quam ipsi Taurinenses habent contra comitem Mauriannensem et filios, nec cum illis faciet treguam nec pacem absque consensu Communis. Manfredus marchio jurat quoque, quod non faciet aliquam parentelam nec contractum matrimonii cum Thoma comite, nec cum aliquo filiorum suorum sine voluntate Potestatis vel Consulum Taurinensium; et quod emet domum Taurini, nec illam posset vendere ullo tempore.

Magister Jacobus imp. Aulae notarius scripsit.

(Moriondo, *Monumenta Aquensia*, p. II, col. 899).

CDLXX. — **Domus de Vallone.**

1222. Apud Chillon in castro.

Thomas comes Sabaudiae ordini Carthusiensi et domui de Valone concedit quidquid habet apud Felsie, ea lege ut aedificetur magistra Domus de Valone et comes constituetur dominus et avocarius super illam.

(Léon Menabrea, *Notice sur la Chartreuse de Vallon en Chablais. V. Mémoires de l'Académie R. de Savoie,* Série II, vol. 2, pag. 285).

CDLXXI. — **Domus de Bella Valle.**

Sine anno et loco.

Thomas Mauriannensis comes donationem confirmat cujusdam vineae, quam Giraldus de Margenet dederat Domui de Bella Valle.

(L. Menabrea, *Notice sur la Chartreuse de Vallon. V. Mémoires de l'Académie R. de Savoie*, Série II, vol. 2, pag. 804).

CDLXXII. — **Guigo et Ubertus Auriuz.**

1223, 23 Januarii. Ind. xi. Apud Secusiam in domo Petri Bartholomeis.

Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia concedit in gentile feudum Guigoni Auriuz et Oberto fratri suo quaedam servitia.

Testes: Petrus Sencalcus, Johannes Blànchars, Bertrandus castellanus Secusiae, Petrus Bartholomeus, Umbertus Bartholomeus, Rodulfus Baral, Petrus et Benedictus Baralis, Aillaudus de Secusia.

W. Notarius et scriba Comitis scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Abbazia di S. Giusto di Susa*, Fasc. I, n. 8).

CDLXXIII. — **Commune Vercellarum.**

1223, 27 Februarii. Ind. xi. Vercellis.

In minore Consilio sapientium Communis Vercellarum litterae Thomae comitis strenuo militi Beltramo de Lampugnano potestati Vercellensi leguntur.

Thomas comes Mauriannae et marchio in Italia gratias reddit, quod Potestas ambaxatores misisset pro utilitate sua et episcopi Taurinensis et Communis ejusdem civitatis; rogatque ut iterum eos mittant ad treguas et concordias cum episcopo et Communi firmandas nomine Communis Vercellarum.

(E Tab. Civ. Vercellarum. *Hist. Pat. Mon.* Chart. II, col. 1311).

CDLXXIV. — **Manfredus III marchio Salutiarum.**

1223, mense Martio. Ind. xi. Apud Lombriascum.

Thomas comes de Sabaudia investit in feudum nobile etc. Manfredum marchionem de Saluciis de toto feudo, quod Manfredus olim

tenebat in Bargiis et Fontenillis et Ronchallis et de dominio et fidelitate et omnibus juribus, quae ipse habet in Guillelmo marchione de Busca, in castro et villa Buschae, et in hominibus ipsius Guillelmi, et in dominis de Bernecio, et in castro et villa Bernecii etc. Et hoc sive matrimonium, quod debet fieri inter dictum Manfredum et nepotem dicti Comitis, filiam Amedey filii sui contrahatur, sive non, dummodo per ipsum Manfredum non stet, quominus matrimonium aliquo casu fuerit dissolutum. Hoc instromento cassum est aliud instrumentum, in quo Manfredus promisit comiti trecentum marchas argenti, si Comiti nollet facere fidelitatem.

Testes fuerunt Henricus marchio de Saona, Gratapalea ejus generus, Ugo marchio de Careto, Johannes praepositus de S. Albano, Obertus Spinolla, Gullielmus de Coaralio, Conradus judex, oculus (?) Capre, Rodulfus de Gerxano (*de Gorxano*) Davide Crosso (*Croso?*).

Ogerius de Sierio notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Saluzzo*, *Marchesato*, Cat. 4, Fasc. 1, n. 5. Transcripsit P. Vayra).

CDLXXV. — **Homagium Marchionis Salutiarum.**

1228, 6 Martii.

Manfredus III marchio Salutiarum homagium facit Thomae comiti Sabaudiae pro castro Buschae.

(*Indici Ceva e Montanini*, an. 1288, Muletti, *Memorie di Saluzzo*, Vol. II, pag. 245. Actum deperditum videtur).

CDLXXVI. — **De Castellanis Pedemontii.**

1228 27 Aprilis. Ind. xi.

Concordia inter Thomam comitem Mauriannensem, marchionem in Italia et filios suos ex una parte, et ex altera castellanos Pedemontii qui erant de parte Taurinensium, ordinata per Ambrosium Cocorellum et Benivolum de Bellano, ambaxatores Communis Vercellarum. Castellani Comiti fidelitatem faciant, Comes eos investire debeat de eorum recto feudo.

Guido de Plozasco promisit haec servare, David castellano Avilianae recipiente nomine Comitis, inter Plozascum et Comavianam; item Milo et Fredelicus de Plozasco ipsi comiti promiserunt, et fidelitatem fecerunt, qui eos de recto feudo investivit. Haec facta sunt inter Plozascum et Camajuranam (*Cumbavianam*). Postea vero in castro Vigon:

II kal. maii idem promiserunt Aurico de Terra, Cibico de Bagnolio et Guillelmo de Terra et Anselmo de Barsis, eorum nomine et nomine consortilium de Barsis et Bagnoli.

Alarius de Alario notarius scripsit.

(E Tab. Civ. Vercellarum. *Hist. Pat. Mon.*, Chart. II, col. 1315).

CDLXXVII. — **Guilelmus marchio de Busca.**

Sine anno et loco.

Thomas Comes Mauriannae absolvit Guilelmum Marchionem de Busca a fidelitate qua ic tenebatur pro feudis Busche et Scarnafixii, et fidelitatem eandem Manfredo Marchioni Saluciarum concedit cum investitura dictorum feudorum praedicto Manfredo Marchioni.

(E R. Tab. Taurinensi. *Saluzzo, Marchesato.* Cat. IV, Fasc. I, n. 7. Transcripsit P. Vayra).

CDLXXVIII. — **Castra Morgex et Chillonis.**

1224.

Conventio inter Thomam comitem Sabaudiae et Landricum episcopum Sedunensem. Comes cedit episcopo castrum Morgex; episcopus solvet comiti in omni sedis mutatione placitum xv librarum, et castrum Chillon cum omnibus viribus suis defendet. Futurae discordiae quatuor arbitrorum judicio dirimantur; malfatores hinc inde stare in judiciis cogantur. Ex parte comitis juraverunt haec pacta: ipse Thomas, Amedeus primogenitus ejus, comitissa uxor Thomae, cum quatuor filiis clericis, videlicet Willelmo, Thoma, Petro et Bonifacio, Rodulphus de Conteis, Oddo de Porta Sancti Ursi, Marcus de Bart, Petrus de Turre, Aimo de Sancto Paulo, Willelmus de Altavilla, Aymo dominus Fuciniaci, Umberto de Vileta, et plures alii. Arluinus archiepiscopus Tarantasiae, in cujus manus partes juraverunt, promittit subjicere interdicto terras pacta laedentium.

(E R. Tab. Taurinensi, *Trattati col Vallese*, Fasc. I, n. 4).

CDLXXIX. — **De Vigono, Cargnano et Cumbaviana.**

1224, 18 Septembris. Ind. xii, Aste.

Thomas Comes Sabaudiae et Marchio in Italia tradit vel quasi tradit Pagano de Petrasancta potestati Astensi nomine Comunis Astensis do-

minium Brayde et Fontanarum, et dominium Cargnani, Vigoni et Cumanianae.

Paganus de Petrasanta, potestas Astensis, nomine communis Astensis investit Thomam comitem Sabaudiae et marchionem in Italia in gentile feudum de Vigono, Cargnano et Cumaniana. Thomas jurat esse in perpetuum fidelis communi de Aste, sicut vassallus domino, eique auxiliari in pace et guerra promittit, et praedicta loca reddere quotiescumque voluerit.

Testes fuerunt Guilelmus de Villeta, Rufinus de Sarmatorio, Frassus Judex potestatis Astensis et Jordanus Marcellinus miles.

Mussus Boviculus notarius palatinus scripsit.

(E Cod. Astensi qui de Malabayla nuncupatur, Doc. 656, pag. 672).

CDLXXX. — **Stephanus et Bernardus de Villaro.**

1224, 20 Decembris. Actum Lugduni in vigilia S. Thomae Apostoli.

Pactum Thomae comitis Mauriannae cum fratribus Stephano et Bernardo dou Vilar, de lite inter eos vertente circa locos Fisternam et S. Raginbertum.

(E R. Tab. Taurinensi, Tarantasia *(Chablais)*, Fasc. 8., Festerne, n. 8).

CDLXXXI. — **Pax cum Sedunensi epis.**

1224.

Herluinus Tarantasiensis archiepiscopus notum facit quod, ad preces et mandatum Thomae comitis Sabaudiae, Aimo de Fucigniaco et Umbertus de Uileta juraverunt operam dare, ut pax, quam Thomas comes Sabaudiae fecit episcopo et ecclesiae Sedunensi, inviolabiliter observetur.

(E Tab. Valerae. Gremaud, *Chartes Sédunoises*, Doc. 4°, pag. 408, in Tom. XVIII, *Mémoires et documents publiés par la Société d'Histoire de la Suisse Romande*. Lausanne, 1863).

CDLXXXII. — **Ermengar relicta P. de Uico.**

Sine anno et loco (1224?).

P. prior S. Mauritii, L. episcopum Sedunensem certiorem facit, quod Ermengar, quondam uxor P. de Uico, et Alis, quondam uxor Guidonis, solverunt in manu Aimonis, filii illustris comitis Sabaudiae, ea quae praedicto P. de Uico debebat.

Testes: P. de Amaysino, P. de Conteys, Uldricus castellanus de Chilon, et alii.

(E Tab. Valerae, Gremaud, *Chartes Sédunoises*, Doc. 41, pag. 409).

CDLXXXIII. — **Petrus de Larna.**

Sine anno et loco (1224?).

Aymo, filius comitis Sabaudiae, notum facit, quod Landricus episcopus Sedunensis omne debitum quod debebat Petro de Larna, videlicet LXXVII lib., sibi persolvit.

(E Tab. Valerae, Gremaud, *Chartes Sédunoises*, Doc. 42, p. 410).

CDLXXXIV. — **Domus Montis Jovis.**

Anno . . (1224?).

Thomas, comes Sabaudiae et in Italia marchio, Udrico castellano de Chillon praecipit, ut Domum montis Jovis custodiat, ei possessionem nemoris de Orsiere defendat, et si aliquis de Orsiere praedictam Domum laeserit occasione dicti nemoris, condamnetur in rebus et persona et extra terram expellatur. Item Castellano mandat, ut domum, quam ei dixit apud Chillon, facere non differat.

(E Tab. S. Bernardi. Gremaud, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Tom. I, Doc. 605, pag. 528).

CDLXXXV. — **Confirmatio possessionum Mon. Abundantiae.**

1225. Apud Aquam Bellam.

Thomas, comes Sabaudiae et in Italia marchio, Domui de Habundantia confirmat omnes possessiones et jura, sive haec fuerint ex largitione Dominorum de Festerna, vel aliorum de mandamento de Festerna, aut de Alingio, sive de Monteis, sive a domo Agaunensi. Eymarus Mauriannensis episcopus chartae sigillum suum apposuit.

(E Tab. Monast. Abundantiae. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 54).

CDLXXXVI. — **Foedus cum Commune Genuense.**

1225, 10 Junii. Ind. XIII. Astae.

Thomas comes Sabaudiae promittit Porco de Porcis et Gulielmo Pittavicia nuntiis communis Januae, quod habebit in servitio communis

Januae milites bonos de Burgundia CLXXX guarnitos cum equis coopertis ferro vel punctis et armis militaribus, ita ut quilibet militum habeat equos quatuor vel plus, vel tres ad minus; et ipse in propria persona erit apud Ast cum aliis C militibus in servitio Januae per menses duos. Actum in Ast in ecclesia S. Johannis.

Testes: Jacopus Altacina, Ruffinus de Sarmatore, Ubertus Viletta, Petrus Barlotus, Ruffinus Arancaboscus, Manfredus Carena.

Thomas comes Sabaudiae confitetur accepisse a Porco de Porcis libras mille quadrigentas septuaginta Astenses et libras octingentas vienenses et marcas argenti centum quatuordecim. In Ast, in domo Guillelmi Carossii. Testes: Qualia de Gozano, Gulielmus Caredus Figarolus, Petrus Barlotus, Ruffinus de Sarmatore..... MCCXXV, Ind. XII, die XIII Junii circa seram.

Stephanus Gibuti notarius.

(SCLOPIS, *Considerazioni storiche intorno a Tommaso I conte di Savoia,* con documenti inediti. V. *Memorie della R. Accademia delle Scienze di Torino,* Tom. XXXIV. Extat in Tab. Genuensi, Arch. Notariorum, in libro parvo instrumentorum q. Stephani Joannis Giberti).

CDLXXXVII. — **Manfredus IV marchio Salutiarum.**

1225, 12 Septembris. Astae.

Thomas comes Sabaudiae investit Manfredum marchionem Salutiarum de omnibus rebus, quas Jacobus Enganna ejusque fratres ab ipso comite tenebânt in Castro Bargiarum; pro quibus Manfredus marchio Thomae comiti fidelitatem facit.

Testes: Willelmus marchio de Busca, Otto Roverius, Henricus de Busca et alii.

(E R. Tab. Taurinensi, *Saluzzo, Marchesato,* Cat. IV, Mazzo I, n. 8. MULETTI. *Memorie di Saluzzo,* p. 253).

CDLXXXVIII. — **Jacobus Enganna.**

1226, 12 Februarii.

Thomas comes Sabaudiae praecipit Jacobo Engannae, ut Manfredo marchioni Salutiarum fidelitatem faciat de suo loco Bargiarum.

(E R. Tab. Taurinensi, *Saluzzo, Marchesato,* Cat. IV, Mazzo I, n. 9. MULETTI, *Memorie di Saluzzo,* p. 253).

CDLXXXIX. — **Ecclesia S. Jorii.**

1226, 20 Februarii. Ind. xiv. S. Jorii.

Notitia. Cum Thomas comes Sabaudiae et in Italia marchio, et omnes homines de S. Jorio essent ad consilium in Molario sub ecclesia S. Jorii, ut in illo molario edificaretur Villa nova, unum ceperunt consilium, ut darent ecclesiae S. Georgii denarium unum annuatim de servicio in unoquoque casale qui ibi aedificatum fuerit, scilicet in Villa nova; de quo rectores ecclesiae faciant quidquid ipsis videbitur, sine omni contradictione domini Thomae comitis et omnium aliorum hominum.

Testes: Villielmus sacerdos qui donationem a parte ecclesiae accepit, Villielmus de Balma, Bertraminus de Monte Meliant castellanus Secusiae, Petrus Bartolomaeus, Petrus de Chanosco, dominus Viffredus et alii plures.

Johannes S. Palatii notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Fasc. 7, *S. Giorio*, n. 1 Transcripsit P. Vayra).

CDXC. — **Thomas Vicarius Imperialis totius Italiae.**

1226, 5 Maii.

Fridericus II, Romanorum imperator, Thomam comitem Sabaudiae Vicarium imperialem totius Italiae et Marchae Trivigianae constituit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. Scritture pei feudi, Mazzo *P. M.* Cibrario, *Storia della Monarchia di Savoia*, I, p. 284).

CDXC. — **Saona et Albinga.**

1226.

Thomas comes Sabaudiae, uti Vicarius imperialis, Saonae et Albingae dominium ad tempus accipit.

(Cibrario, *Origine e progressi della Monarchia di Savoia*, Specchio cronologico, pag. 27).

CDXCI. — **Thomas Imperatoris legatus per totam Italiam.**

1226, Ind. xv.

Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia atque legatus domini Friderici Romanorum imperatoris per totam Italiam et marchiam Tri-

vixii, fidelibus imperii, Potestati et universis sapientibus et mercatoribus civitatis Cremonae mandat ut Bonino de Montemolario Astensi civi justitiam faciant et satisfactionem sui debiti et juris.

Albertus de Kaffis de Scanzo S. Palatii notarius scripsit.

(Böhmer, Acta imp. Selecta, Doc. 1144, p. 829).

CDXCIII. — **Thomas comes Sab. testis.**

1226, mense Julio. Ind. xiv. Pontistremuli.

Fridericus II Rom. Imp. confirmat communi Pontistremuli omnes terras suae jurisdictionis.

Inter testes: Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia, comes Sifridus de Verona etc. Datum eodem anno et mense.

(Ficher, *Forschungen zur Reichs-und, Rechts gesischichte italiens*, Vol. IV. pag. 351).

CDXCIV. — **Commune Massiliae.**

1226, 8 Novembris. Albingae.

Thomas comes Sabaudiae, Vicarius in Lombardia Friderici II imperatoris et regis Siciliae et Suriae, nomine imperatoris communi Massiliae, Hugolino Done Dame potestate ejusdem communis recipiente et stipulante, concedit jurisdictionem ordinariam et merum imperium in tota civitate ejusque burgis; potestatem urbem muris et vallatis et turribus muniendi, publicam monetam condendi, salvo jure comitis Provinciae etc. Concedit quoque immunitatem exationum in toto regno Suriae, specialiter in Achone, et in toto regno Siciliae et Apuliae, eodem modo quo immunes sunt Pisani et Januenses; liceat communi Massiliae habere Consulatum et exercere jurisdictionem in dictis regnis in homines Massiliae, ejusque districtum. Imperator a vinculo carcerum liberabit Petrum de S. Jacobo et Guillelmum Bivvandam Rosetum; post hoc commune Massiliae liberabit Rolandum Lupum et Albertinum de Phariseis, et solvet duo millia marcarum argenti.

Jurant Thomas comes, et Henricus de Carreto marchio et Amedeus filius comitis Sabaudiae, et Gratapalia.

Testes fuerunt Alerius de Mercenasco civis Albensis, Anselmus Fer de Massilia, Bertrannus Sardusi, Petrus Vetulus, Martinus Castanea Amator, Guillelmus de Rivotorio civis Placentiae.

Guillelmus Marrazanus S. Palatii notarius scripsit.

(Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 54).

CDXCV. — **Petrus de Sabaudia testis.**

1226, 24 Novembris. Lausannae.

Capitulum Lausannense excommunicationem pronuntiat in raptores et damnificatores bonorum suorum. Testes sunt viginti duo canonici, inter quos Thomas et Petrus de Sabaudia.

(E Chartul. Lausannensi edito Lausannae, pag. 588).

CDXCVI. — **Thomas et Petrus de Sab. testes.**

1226, 28 Novembris. Lausannae.

Capitulum Lusannense ratam habet venditionem casalis a quodam suo homine ligio factam. Testes sunt viginti duo canonici, inter quos Thomas et Petrus de Sabaudia.

(E Chartul. Lausannensi, edito Lausannae, pag. 860).

CDXCVII. — **Feudum Bruxoli.**

1227.

Thomas comes Sabaudiae Bertrando de Montemeliano concedit in feudum locum Bruxoli.

(E. R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Mazzo V, *Brusolo*, n. 1).

CDXCVIII. — **Ecclesia S. Martini in Avilliana.**

1227, 6 Februarii. Ind. XIII (log. XV). Avillianae.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio Guigoni praeposito Ulciensi ecclesiam S. Martini in Avilliana confirmat.

Testes fuerunt Petrus praepositus S. Antonii, David castellanus Avillianae, Petrus de Toueto, Petrus de Maschoto.

Conradus Imp. Notarius scripsit.

(E Chartario Ulciensi, Doc. XCIX, pag. 98).

CDXCIX. — **Ecclesia Ulciensis.**

1227, 8 Februarii. Ind. xv. Avillianae.

Thomas comes Mauriennae et in Italia marchio Ecclesiae Ulciensi confirmat quidquid Avillianae tenet, salvis usagiis comitis et consuetis censibus.

Testes fuerunt Pontius praepositus S. Antonini, David castellanus Avillianae, Petrus de Touet, Petrus de Mascoto.

Conradus Imp. Aulae notarius scripsit.

(**Chartarium** Ulciense, Doc. C, pag. 98. Cf. Doc. CDXCVII).

D. — **Margarita comitissa Sabaudiae.**

Sine anno et loco.

M. comitissa Sabaudiae, uxor marchionis in Italia, omnibus castellanis et villicis praecipit, ne pedagium vel leydam de fratribus Carthusiensibus recipiant, quia decessores sui praedictis Fratribus ea in eleemosynam dederant.

(E. Tab. Carthusiae Mayriae. Guichenon *Hist. Gen. Preuves*, pag. 55).

DI. — **Aymo de Sabaudia et Ubertus Merescalcus.**

1227, 27 Februarii. Ind. i. Secusiae.

Andreas, procurator Ulciensis ecclesiae, mandato conventus promittit Aymoni de Sabaudia, filio Thomae comitis, Ubertum Merescalcum captum, a pascha proximo usque ad annum infra duo pascha in suo posse retinere; si vero Merescalcus libertati restitutus esset, atque a Sabaudiae comite reposceretur, illi se sistere debeat; et si non faciet, Ulciensis Ecclesia centum marcarum argenti fini Aymoni satisfacere promittit.

Testes: Rudulphus Delgaus, Vilelmus de Boscho, Poncius praepositus S. Antonini, Antonius de Ast, Petrus Bartolomeus, Amadeus de Secusia, Aimo de Nono, Manchet et plures.

Johannes notarius dictus de Caluxio scripsit.

(Chartarium Ulciense, Doc. CXXI, pag. 114).

DII. — **Homines de Cruce Ferrea, Millesimo, Carcheribus etc.**

1227, 5 Maii. Ind. xv. Saonae.

Amedeus filius et Vicarius domini Thomasii comitis Sabaudiae, vicarii et legati domini Friderici Romanorum imperatoris per totam Italiam et per Marcham de Tregusio, et specialiter Saonae et Albinganae, hominibus de Cruce Ferrea, de Milleximo et D. Henrici marchionis Saonae de Carcheribus et Bozili et Altaris concedit libertatem et franchitationem in Saona et posse, tamquam aliquis civis Saonae civitatis.

Testes: D. Gratapalea, Ogerius de Mercenasco judex, Peregrinus Scorzutus, Grecus de Grecis, Hubertus de Saxello et Maynfredus de Grotaseca.

Ambroxius notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cam. Comp. *Titoli e scritture per feudi,* Fasc. *P. M*).

DIII. — **Jacobus de Curnana.**

1227, 2 Maii.

Guillelmus comes Gebennensis dat Matildam de Lulio in uxorem Jacobo de Curnana, qui fidelitatem fecit comiti Gebennensi, salva fidelitate Thomae comiti Sabaudiae debita. Jacobus dat fidejussores Thomam comitem praedictum et uxorem ejus, Willelmum electum Valentiae, Petrum praepositum Augustae, Thomam praepositum Valentiae, et Bonifacium, filios comitis, et Rodolfum de Greisiaco, Willelmum de Cuyno, Albertum de Compeyo et alios. Guillelmus dat fidejussores dominam A. uxorem suam, Rodolphum filium suum etc.

(E *Zibaldone Pingoniano* in R. Tab. Taurinensi).

DIV. — **Donatio Eccl. Augustensi. Homines de Arnaldo.**

Sine anno et loco (1227?). Feria III m. Augusti.

Thomas comes Mauriannensis, marchio in Italia Ecclesiae, Augustensi S. Mariae donat totum illud quod homines de Arnaldo ab eo tenent in Syonia ultra Duriam.

Sequuntur nomina testium.

(E Tab. epis. Augustensi, F. A. Duc, *Cartulaire de l'Évêché d'Aoste,* pag. 209, in *Miscellanea di Storia Italiana,* Vol. XXIII).

DV. — **Donatio Eccl. Augustensi. Gonterius Barbot.**

1227. Feria VII mensis Septembris.

Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia Bonifacio episcopo Augustensi donat totum illud quod Gonterius Barbot ab ipso comite in feudum tenet, pro xxv libris novorum secusinorum.

Sequuntur nomina testium.

(E Tab. epis. Augustensi, F. A. Duc, *Cartulaire de l'Évêché d'Aoste*, pag. 238, in *Miscellanea di Storia Italiana*, Vol. XXIII).

DVI. — **Eccl. B. Aegidii Verrecensis.**

1227, 18 Septembris. Ante ecclesiam S. Mariae et S. Johannis de Augusta.

Thomas divino nutu comes et marchio Beati Ægidii ecclesiam in loco Verrecensi sitam, ejusque ecclesias et capellas, servitores ejus et res omnes in sua tutela et protectione suscipit.

Testes: P. Grasbo canonicus Augustensis, Vifredus de Monte Meliant, Poncius de Hulgina.

W. Scriptor comitis scripsit.

(E Tab. Ecclesiae S. Leodegarii de Amavilla, in valle Augustana).

DVII. — **Eccl. S. Aegidii Verrecensis et S. Laurentii de Chambava.**

1127, mense Sept. Augustae.

Thomas comes Sabaudiae et in Italia marchio donat ecclesiae S. Ægidii de Verres et S. Laurentii de Chambava et Ayomoni praeposito eorum terram cum arboribus et domibus in loco Chambava; insulam sub monte Pennino; aliam insulam ultra Duriam; universam justitiam de negotiatoribus, de viatoribus, de equitibus ac de omnibus animalibus; de furno, de linguis et de omnibus regalibus ab abisso usque ad coelum; et ripas fluminis Duriae hic inde ab aqua rubea usque ad petram peccolatam.

Johannes gerens vicem Guidonis Cancellarii scripsit coram pluribus ante ecclesiam S. Mariae et S. Johannis.

(Extat exemplum, quod de autographo sumptum fertur, in Tab. R. Societatis Taurinensis studiis Historiae Patriae fovendis. Sinceritas monumenti suspecta videtur).

DVIII. — **Candela S. Mauritii.**

1227, 10 Oct. Ind. xv. Infra novam Villam ante domum ministralissae.

Thomas comes Sabaudiae et marchio in Italia S. Mauritio donat centum solidos pro illuminatione unius candelae ante corpus beati Mauritii.

(E Tab. S. Mauritii Agaun., edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* pag. 124).

DIX. — **Margaritae comitissae Sabaudiae donatio.**

1227, mense Decembri. In castro de Scalis.

M. comitissa Mauriannensis, uxor Thomae comitis Mauriannensis et marchionis Italiae, donat Fratribus Chartusiae mansum. Thomas maritus ejus donationem confirmavit, eamque laudaverunt Amedeus et Aymo Thomae comitis et dominae M. comitissae filii.

(E Chartario Carthusiae Magnae. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, p. 56).

DX. — **Margarita com. Sab. et marchionissa in Italia.**

Sine anno et loco.

M. comitissa et marchionissa in Italia omnibus Baronibus, Praepositis et Balliis renuntiat Domum et Fratres Alveriae ordinis Carthusiae in sua custodia suscepisse.

(E Tab. Charthusiae Arveriensis. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, p. 56).

DXI. — **Dotalicium Margaritae futurae uxoris Bonifacii II march. Montisferrati.**

1228, 18 Januarii. Ind. i. Avilianae.

Thomas, comes Mauriannensis et comes *(leg. marchio)* Italiae, nomine dotalicii et gentilis feudi Bonifacio marchioni Montisferrati donat omne quod habet in valle Mathiis, una cum Collegio et Planecia, pro dote Margaritae filiae Amedei filii sui, futurae uxoris Bonifacii. Thomas comes locum Collegii recuperandi facultatem infra annum sibi reservat pro quingentis marchis argenti fini.

Testes fuerunt Manfredus marchio de Saluciis, Gotofredus comes de Blandrate, Ubertus comes de Nantelmo, Rodulfus de Glixo, Villielmus de la Fort (*Belfort?*) Ubertus de Villeta, David castellanus Avillianae, Umbertus de Saxel, Villielmus de Ripalta, Billatony, Ubertus Cara, Manfredus de Cavaleria et plures alii.

Johannes dictus de Caluxio notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrimoni dei Principi*, Fasc. II, n. 1, edid. P. Datta, *Storia dei principi d'Acaia*, II, Doc. 4).

DXII. — **Bertrandus de Montemeliano.**

1228, 5 Februarii. Ind. I. Secusiae.

Thomas, comes Sabaudiae, nomine Albergamenti donat Bertrando de Montemeliando tunc castellano Secusiae de feudo colectae pedagii equorum, scilicet in feudo nobili; quae quidem collecta est XII librarum fortium singulis annis; tali quidem tenore, quod Bertrandus et sui heredes donent marcam unam argenti fini et boni de muagio domino comiti. Haec omnia juraverunt Thomas comes et ejus filius Aimo

Testes: Nantelmus de Miolanno, Villielmus de Belfort, Petrus Bertoli... Umbertus Bertoli... Petrus Scriba, Poncius de Ongina.

Jacobus notarius.

(E. R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Fasc. I, n. 5 Transcripsit P. Vayra).

DXIII. — **Domus vallis S. Hugonis.**

Sine anno et loco.

Thomas comes Mauriannensis et in Italia marchio domum vallis S. Ugonis (*Chartusiam Gratianopolitanam*) custodire et tueri promittit.

(E Tab. Cam. Comp. Gratianopolitanae, edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* pag. 134).

DXIV. — **Guilelmus de Gratapallia.**

1228, 18 Maii. Apud Bellicum.

Thomas comes, electus judex, dat testimonium pro Willelmo de Gratapallia circa feudum de Clariaco.

(*Zibaldone Pingoniano* in R. Tab. Taurinensi).

DXV. — **Foedus contra Fridericum II imp. et Thomam com. Sab.**

1228, 17 Junii. Apud Gerosam.

Foedus Andreae Guigonis Dalphini Viennensis et Albonensis cum civitatibus Taurini, Pinerolii et Tortonae contra Fridericum imperatorem et Thomam comitem Sabaudiae. Dalphinus fit cives dictarum trium civitatum.

(E Tab. Civit. Taurinensis).

DXVI. — **Apocha Aymonis de Sab. Eccl. Ulciensi.**

1229, 15 Decembris. Ind. II. Secusiae in claustro S. Justi.

Aymo filius comitis de Sabaudia confitetur a Guigone praeposito Ulciensi recepisse quinque millia solidorum, XXVII libras bonorum denariorum Secusiensium novorum, nomine fidejussionis centum marcharum argenti, que ei pro Oberto Aurugi tenebatur ecclesia Ulciensis.

Testes fuerunt Ugo de Dorchi, Guigo de Amasino, Petrus de Toveto, Stephanus Landus, Bertrandus castellanus Secusiae, Radus Guersus.

Conradus Imp. Aulae notarius scripsit.

(E Chart. Ulciensi, Doc. CXCIV, pag. 162).

DXVII. — **Aymo de Sabaudia et Ubertus Merescalcus.**

Anno 1229, 22 Januarii. Ind. II.

Guigo praepositus Ulciensis et Andreas procurator ecclesiae Ulciensis accipiunt a Radulfo Barrali et Benedicto Barrali ad opus filii comitis Sabaudiae (*Aymonis*) octoginta et quinque libras bonorum den. Secusiensium nov., et hoc nomine fideiussionis centum marcharum argenti, quibus Aimoni pro Oberto Auruzii tenebatur ecclesia Ulciensis.

Testes: P. praepositus S. Antonini, Petrus Barr. de Burgo, Rad. Barr. de Burgo, Nicholaus de Camuncio, et alii.

Conr. Imp. Aulae notarius scripsit.

(Chartarium Ulciense, Doc. CXX, p. 113).

DXVIII. — **Anna de S. Brancherio et filii ejus.**

1229, 8 Aprilis. Ind. II. Apud Villam novam.

Domina Anna q. uxor Uldrici de S. Brancherio, Martinus de Bannieres et Johannes filius dicti Martini pacem et finem fecerunt Ecclesiae et Petri praepositi Montis Jovis de omni pecunia, actione, et pacto Uldrico vel Annae uxori suae debitis. Thomas comes fideiussor extitit, ut supra scripta attendantur.

Testes: Rodulfus de Contey, Petrus de Amasino, Vifredus de Montemeliano, Valderius de Leydes, Uldricus de Vanello, Rodulfus de S. Georgio, Guido de Gerbis, Uldricus de Villa nova, Thomas Vicinus de S. Mauritio.

Petrus S. Palatii notarius scripsit.

(E Tab. Prioratus Martiniaci).

DXIX. — **Reynerius de Casellis.**

1229, 28 Augusti. Ind. II. Apud Avillianam.

Thomas comes Sabaudiae et in Italia marchio recipit in sua custodia et fidelitate Reynerium de Caxellis, qui facit ligiam fidelitatem Comiti, salva fidelitate marchionis Montisferrati, promittens quod vitam et membra comitis suorumque heredum salvabit. Praeterea comes illi crescit feudum de centum solidis secusinis, quos olim donaverat Willielmo de Aqua bella, secundum chartam factam per Magistrum Johannem notarium. Centum solidi donantur in feudo gentili annuatim et recipientur in pedagio apud S. Ambrosium.

Actum apud Avillianam in domo Petri de Toveto.

(E R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Fasc. I, n. 7. Transcripsit P. Vayra).

DXX. — **Petrus de Sab. Praepositus Gebennensis.**

1229.

P. praepositus Gebennensis, filius comitis Sabaudiae, procurator Lausannensis ecclesiae, vacante sede, testatur Nicholaum dapiferum Lausannensem sacristaniae ecclesiae Lustriacennensis ecclesiae dedisse quidquid juris habebat in quadam vinea sita apud Podais.

(E Tab. civit. Lausannae *Hist. Pat. Mon.*, Chart. I, col. 1808).

DXXI. — **Donatio Hartmanni com. de Kybourg.**

1280.

Donatio Hartmanni comitis de Kybourg Margaritae de Sabaudia facta propter nuptias.

(Edid. L. Wurstemberger, *Hist. Petri II*, *Probationes*, 75).

DXXII. — **Homagium Manfredi III march. Salutiarum.**

1280. In loco Vigoni.

Manfredus marchio de Salutiis Thomae comiti Sabaudiae homagium facit pro terris Bargiarum, Fontanilis, Roncaliae, Vignolii et Bernexii.

(E R. Tab. Taurinensi, *Protocolli*, n. 411, fol. 7. F, A. Della Chiesa, *Corona Reale*, p. I, pag. 252).

DXXIII. — **Margarita com. Sab. et Marchisa in Italia.**

1280, 26 Februarii. Apud Petram Castelli.

M. comitissa Sabaudiae et marchisa in Italia, et Amedeus, Aymo, W. electus Valentinus, Thomas, Petrus, Bonifacius et Philippus, filii Thomae comitis Sab. et marchionis in Italia, ratas habebunt donationes, quas dictus comes faciet Domui de Altacumba.

(Edid. L. Wurstemberger, *Hist. Petri II*, *Probationes*, 76).

DXXIV. — **Obiit Beatrix Umberti III vidua.**

1230, 8 Aprilis.

Altaecumbae tumulata fuit parens Comitum hic inde dormientium Sabaudiae comitissa.

(E Chron. Altaecumbae, *Hist. Pat. Mon.* Script. I, col. 673).

DXXV. — **Hugo de Clusa.**

1280, 18 Julii. Ind. III. Secusiae.

Amedeus, filius domini Thomae comitis, jussu ejusdem Thomae comitis, facit investituram nomine recti et gentilis et paterni feudi in filios et filias in Hugonem de Clusa et ejus filios Bosonem et Palmerium ac reliquos et in eorum heredes tam masculos quam feminas. de omni eo quod Comes habet in villa et territorio Villarii Fulcardi, excepta fidelitate vicecomitis et cavalcata et bastimento more consueto, et excepto quod tenet Petrus de Toveto, dando marcam unam argenti de mutagio. Thomas comes et Amedeus acceperunt solidos undecim millia bonorum secusinorum.

Testes: Davit castellanus Avillianae, Bertrandus castellanus Secusiae, Otto Corni, Rubasta Senescalcus, Burno de Avalono, Albertus Telavetula, Petrus Baralis, Petrus Robaudi, Ricardus de Bargiis, Ugo Robaudi et plures alii.

Johannes notarius dictus de Caluxio scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Susa*, Fasc. 8, *Villarfocchiardo*, n. 1. Transcripsit P. Vayra).

DXXVI. — **Castrum de Sallion.**

1281, 15 Januarii (medio mense Januario). Ind. IV (St.-Incarn.).

Pax et concordia inter Thomam comitem Sabaudiae et Petrum de Sallion et Jacobum fratrem ejus. Comes donat ipsis fratribus Turrem de Allyo (*Aleo, Aquila, Aigle*) et quidquid habet apud Aleum, et banda et justitias et quidquid habet in poderio de Aleo, aliaque bona subtus castrum S. Tripherii. Contra Petrus et Jacobus de Salions nomine echangii donant Thomae comiti castrum de Sailon cum omnibus pertinentiis, et ultra Rodanna et citra Rodanna quidquid est de poderio castri Sailonis.

Testes: Nantermus abbas Agaunensis, Petrus de Selectis miles, Jocalinus... Aymo de Balma, Aymo de Turre, Petrus Rebaste, Petrus de Ponte, Martinus de Alio, Hugo Bertrandus, Vifredus Castellanus. Martinus...

Petrus-notarius scriba comitis scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi Invent. Chablasii, Fasc. I, Allio, n. 1, et Vaud. *Baronie*, Fasc. 5, Alliod, n. 1. Gremaud, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*. I, p. 296).

DXXVII. — **Domus vallis S. Hugonis. Pascua Rupeculae.**

..... Sine anno et loco.

Notitia. Thomas comes Mauriennae Domui vallis S. Hugonis concedit facultatem pascendi animalia per mandamentum Rupeculae. Actum in superiori claustro.

(E Chart. S. Hugonis. Edit. in *Mémoires de l'Académie de Savoie*, Sér. II, Tom. XI, pag. 309).

DXXVIII. — **Guigo de Saillon. Commutatio bonorum.**

Sine anno. 15 d. Januarii.

Concambium inter Thomam comitem Sabaudiae et marchionem in Italia ex una, et Guigonem de Saillon, qui cedit comiti quidquid possidebat prope Seille, et recipit a Comite quidquid iste possidebat in Aureo monte (*Ormont*), et domum suam de Sancto Tryphone, et ruinam Bosonis, et Manoperam de Ollous et plures homines.

(Wurtemberger, *Hist. Petri II. Probationes*, Doc. 79, p. 34 qui addit: « ante annum 1233; in conjectura 1232. » *Inv. Waudi*, Fasc. I, convol. Membran. II, n. 4).

DXXIX. — **Abbatia Altaecumbae.**

1232, 3 Martii. Ind. v.

Thomas comes Sabaudiae condonat abbatiae Altaecumbae locos Meyrieus, Clarafon, Frisine, et alios. Laudant donationem M. Comitissa Sabaudiae, Amadeus, Aymo, Willelmus electus Valentinus, Thomas, Petrus, Bonifacius, Philippus, filii Thomae comitis.

(Exemplum adservatur in R. Tab. Taurinensi, *Abbazie—Haute Combe*, Mazzo I, n. 2. *Zibaldone Pingoniano* in R. Tab. Taurinensi).

DXXX. — **Statuta Camberiaci.**

1232, 4 Martii.

Thomas comes Mauriennae et in Italia marchio, assensu et voluntate comitissae uxoris suae atque filiorum suorum, villam de Cham-

beriaco eiusque habitatores vult perfrui libertate, et justitias suas et constitutiones firmiter et inviolabiliter observandas describere curat atque promulgat.

Comes et filii ejus Amedeus, Augustensis praepositus, Berlio de Chamberiaco, Mantellinus (leg. *Nantelmus*) de Miolano et Umbertus de Seysello omnia observare jurant. Archiepiscopi Viennensis et Tarantasiensis, cum episcoporum suffraganeis, nec non Bellicensis episcopus sigilla sua apponunt.

Actum est apud templum Chamberiaci. Testes fuerunt Guillelmus Valentinensis Electus, Johannes Blancardus civis Lugdunensis, Guigo Chevelluto Camberiaci mistralis, Briandus submistralis ejus, Petrus comitis notarius, Jacobus Barberi publicus notarius, Aymo Grangia, Bonnivardus, Stefanus Vachi, Guillelmus Votus, Petrus Vulpilii, Guillelmus Chabodi, Guillelmus Defili, Johannes de Asperomonte, Guillelmus Brunini, Aymo Barberis, Petrus Michaldi.

Willelmus notarius scripsit.

(Ab exemp. Bib. Camberiaci. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, p. 126).

DXXXI. — **Venditio Berlionis de Camberiaco.**

1282, 15 d. Martii. Ind. v.

Berlio de Chamberiaco vendit Thomae comiti Sabaudiae quidquid habet in burgo de Chamberiaco, et recipit triginta duo milia solidorum bonorum fortium Segusinorum. Berlio tamen quaedam jura nominatim descripta reservat, additque: « Retineo etiam, si aliquando villa (Camberiaci) fiet libera, quod homines mei, vel homines hominum meorum qui sunt de feudo meo... non recipiantur. » Deinde Thomas comes Berlioni dat feudum Montisforti in feudum, ad decem libras fortium Segusinorum in mutatione cujuslibet domini Chamberiaci.

ɪx Kal. martii Willelmus Berlionis filius, sciens se habere jus in paternis rebus, venditionem laudat et jurat.

(E R. Tab. Taurinensi. Invent. Prov. Sab., Fasc. II, Chambéry, num. 1. Sclopis, *Considerazioni intorno a Tommaso I conte di Savoia etc.* V. *Memorie della R. Acc. delle Scienze di Torino*, vol. XXXIV). Statuta Camberiaci data fuerunt ɪv die Martii, Thomas vero res Berlionis de Camberiaco emit xv die ejusdem mensis. Hic Berlio de Statutis, veluti nondum promulgatis, loqui videtur).

DXXXII. — **Henricus III rex Angliae Thomae com. Sab. S.**

1282, 20 d. Aprilis. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae nobili viro et amico in Christo karissimo comiti Sabaudiae salutem. Respondit litteris Thomae comitis circa jacturas, quas filius ejus in Anglia sustinuerat super reditibus suis, easque emendaturum esse promittit. Quapropter serenitatem Comitis exorat, ut si quam indignationem erga se vel regnum suum concepisset, eam remittere velit. Teste se ipso.

(Rymer, *Foedera*, I, 207).

DXXXIII. — **Confirmatio emptionis Camberiaci.**

1282.

Uxor comitis Thomae, Amedeus primogenitus et Aymo filii ejus, confirmant emptionem Camberiacensis burgi a Thoma comite factam per contractum specialem. Testes: Aymo de Chamberiaco, Martinus de Foresti, Guido de Fabricis, Amicus prior de Voglens.

(E *Zibaldone Pingoniano* in Tab. Taurinensi. Istrumentum deperditum est. Pingonius, qui duas uxores Thomae attribuit, Beatricem et Margaritam, scribit *Beatricem* uxorem Thomae emptionem confirmavisse; viderat enim sigillum quoddam, in quo conspiciebatur comitissa equo insidens et falconem in pugno ducens, hisce verbis clarissime circumscriptis: *Sigil. Beatricis comitissae Sabaudiae.* Sed hoc erat sigillum Beatricis Thomae filiae, uxoris Raimondi Berengarii Provinciae et Forcalquerii comitis. Albericus Trium Fontium primus de duabus uxoribus Thomae fabulam protulit).

DXXXIV. — **Foedus Astensium, Taurinensium etc.**

1282, 1 d. Augusti. Ind. v.

Foedus Astensium, Taurinensium, et hominum Montiscalerii, Pinairolii et Plossaschi et Bagnolii et Bargiarum et marchionum de Romagnano, et Ciriaci (salvo jure marchionis Montisferrati in Ciriaco) contra omnes homines et civitates, nullo homine excepto, nisi solummodo comite Sabaudiae, si ille Comes voluerit se ponere et stare in dicto communis Astensis de discordiis, quae sunt inter ipsum comitem, ecclesiam, et Commune et homines Taurini.

(E Tab. Civit Montiscalerii. *Codex Astensis de Malabayla*, Appendix, Doc. 1118, Vol. IV, pag. 84).

DXXXV. — **Fidelitas Bosonis vicecomitis.**

1232, 20 d. Augusti.

Boso vicecomes Augustensis Thomae comiti Sabaudiae fidelitatem facit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Aosta*, Fasc. I, n. 7).

DXXXVI. — **Hiems borealis.**

1233.

« Anno ab Incarnatione D.ni MCCXXXIII fuit hiemps valida qualem nullus tunc vivens in Burgondia dixit se vidisse, et fuerunt pro frigore mortue nuces et vinee fere omnes apud Busuncium et Salinum, Arbois, Divionem et Beaulica et Atisiodorum, Lugdunum et Uiennam et Ualenciam et Sabaudiam et Tarentasiam et Gebennam et Sedunum et etiam in aliis locis; ita quod multi qui solebant habere c modia vini, vix habuerunt tria, et parum fuit de frumento.....

(E Chartario Lausann. GREMAUD, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, I, p. 307).

DXXXVII. — **Obitus Thomae comitis.**

1233, 1 Martii.

« Kal. maii (?) obiit Tomas comes Sabaudiae. »

(Ancien Missel de la Bib. de Genève. MALLET, *Doc. Genevois pour la généal. hist. de la R. Maison de Savoie*. Legendum est kal. *Martii*).

VIII.

AMADEUS IV

MCCXXXIII-MCCLIII.

Amadeus IV Thomae patri successit, et circiter annos viginti imperavit. Per id tempus Petrus, cui cognomentum Parvo Carolo Magno fuit, nec non Thomas comes Flandriae, fratres sui, late avitam ditionem protulerunt; alter in fines Helvetiorum, alter in regionem Subalpinam, quam ab Amadeo IV in ea clientela habuit, cui Feudum nomen est.

Amadeus primum uxorem duxit Annam Andreae Delphini Viennensis filiam; deinde anno MCCXLIV *secundas nuptias cum Caecilia a Bauxio celebravit. Anna duas filias genuit: Beatricem, quae primum Manfredo III marchioni Salutiarum nupsit, postea Manfredo Friderici II imperatoris filio; et Margaritam, cui Beatorum Caelitum honores decreti sunt, quamque duxit uxorem Bonifacius II marchio Montisferratensis. A Caecilia vero nati sunt Bonifacius, Eleonora, Constantia et Beatrix Junior. Amadeus IV ducales titulos Cablasii et Augustae Praetoriae, uti traditur, a Friderico II imperatore obtinuit, sed avitis non adjunxit.*

DXXXVIII. — **Statutum Civ. Secusiae.**

1288, 7 d. Martii. Ind. VI. Secusiae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia Marchio, f. quondam Thomae comitis, statutum et justitiam civitatis Secusiae promulgat et jurat observare.

Jurant similiter Albertus de Turre, Amedeus de Ginula, David castellanus Avillianae, Petrus castellanus Secusiae.

Testes: Obertus de Retaveilla, Johannes Blancardus de Lugduno, Umbertus Laura, Sibo de Claromonte, Tom. Barletus Astensis, Laurentius de Vico, Jacobus et Ugo filii Petri de Vico et alii multi.

Conradus Imp. Aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Hist. Patr. Mon.* Leges Municipales, I, col. 9).

DXXXIX. — **Petrus de Curia majore.**

1283, 8 d. Aprilis. Apud S. Martinum de Ayma.

Amadeus comes Sabaudiae et in Italia marchio concedit ad perpetuum et gentile feudum Petro Benedicti f. de Curia majori totam balmam existentem supra Salsam, promittens dicto Petro dictam balmam et res suas garentire et defendere. Quicumque hanc donationem infrangere praesumpserit, in centum marchas puri argenti puniatur.

(*Historique de la Vallée d'Aoste* par I. B. De Tillier, secrétaire des États du duché d'Aoste. Des Seigneuries. Aoste, 1882, pag. 210).

DXL. — **Aymo de Sabaudia, Landricus Sedunensis epis.**

1283, 18 d. Maii. Juxta Morgiam.

Concordia inter Landricum episcopum Sedunensem et Aymonem de Sabaudia, mediante Willelmo Electo Valentino, super Castra Montishordei, Chillon, Seya, Chamossa, et pontem de la Racina. Aymo facit approbare conventionem a fratribus suis.

Illam juraverunt episcopus Sedunensis, Aymo, et Petrus de Sabaudia praepositus Augustanus, Vicedominus et major Sedunensis, Petrus de Turre, Amedeus de Raronia, major de Aragnon, castellanus de Martignie, castellani de Chillon et de Saillon.

(E R. Tab. Taurinensi, *Trattati col Vallese*. Fasc. II, n. 1).

DXLI. — **Monast. S. Petri de Novalicio.**

1283, 28 d. Maii.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia monasterio S. Petri de Novalicio omnia a majoribus suis prius concessa confirmat.

Beatrix (?) comitissa idem ratum habet pro Wulielmo Electo Valentinensi, et Bonifacio Electo Bellici, et Aymone, et Petro praeposito Augustae, et Philippo fratribus.

(Pingonius, Chron. Sabaudiae, fol. 279 ; Guichenon, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 66. Nomen *Beatricis* comitissae a Pingonio interpolatum conjicio. Monumentum deperditum est).

DXLII. — **Privilegia Montis Meliani.**

1238, 18 d. Julii.

Amedeus comes Sabaudiae, de consensu dominae *Beatricis* comitissae, jura et privilegia villae Montis Meliani confirmat.

(Pingonius, Chron. Sabaudiae, fol. 280. Nomen *Beatricis* comitissae a Pingonio interpolatum conjicio. Monumentum deperditum).

DXLIII. — **Domus de monte S. Benedicti.**

1238, 10 d. Novembris. Ind. vi. Apud S. Ambrosium.

Amedeus comes Sabaud. Cathusianorum domui de monte Benedicti pro remedio animarum Thomae comitis patris sui, et Humberti fratris, confirmat Vallem Orseriam, territorium de Losa, Alpem Decivina... et in Montanis Orgevalis a rivo Menovis usque in finibus Cavriorum.

(Pingonius, Chron. Sabaudiae, fol. 277. Durandi, *Piemonte Traspadano*, P. I, pag. 154).

DXLIV. — **Monasterium Altaeripae.**

1238. Apud Chillon.

Haymo, filius quondam b. m. Thomae comitis Sabaudiae, donat monasterio Altaeripae et in manus Hugonis Abbatis, vi libras lausannenses censuales annis singulis, pro praebenda unius monachi, solvendas a castellano Melduni in festo S. Martini.

Testes: Petrus Abbas et Nicolaus Alpensis, Rodulphus comes de Greseria *(Gresiaco?)*, Richardus dom. de S. Martino, Jacobus dom. de Albona, Umbertus de Ferucx, castellanus de Melduno, Umbertus miles de Sottens, Petrus de Villens, Petrus de Superpetra, Rodulfus de Melduno, Uldricus minister de Villanova.

(E Tab. Monast. Altaeripae. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1465).

DXLV. — **Canonici S. Johannis Mauriannensis.**

1238, 26 d. Decembris. Apud Cameram.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio cartam donationis, quam pater ejus et Bonefacius marchio, tutor ipsius patris, canonicis

S. Johannis Mauriannensis fecerant, convocata curia procerum suorum, confirmat, sopitis discordiis, quae inter canonicos et mistrales comitis ortae erant.

Interfuerunt Petrus de Camera, Umbertus de Villeta, Rodulfus de Graisiaco, Humbertus de Saysello, Aymerius de Briancione, Nantelmus de Tornone, Marco de Bardo, Aymarius episcopus Mauriannensis et... frater Comitis, qui confirmationem laudant.

Testes Villelmus de Bursa, Hugo Bernardi, Villelmus de Vilario Gundrant, Ugo de Turre, Guido Secalci, Aymo de Balma milites, et plures alii.

Interfuit Petrus scriptor comitis. Johannes S. Palatii notarius tres cartas unius tenoris scripsit.

(E Tab. Episc. Mauriannensi. *Hist. Patr. Mon.* Chart. II, col. 1884).

DXLVI. — **Aymo de Fuciniaco socer Petri de Sab.**

1284, mense Februario. Apud Castellionem.

Aymo dominus Fuciniaci instituit heredem Agnetem filiam suam, quam dederat Petro de Sabaudia in uxorem, si ipse Aymo sine liberis masculis decederet... Reservantur ea, quae jam constituerat in gratiam Beatricis filiae suae.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 78).

DXLVII. — **Testamentum Petri de Sabaudia.**

1234, 8 d. mensis Februarii. Apud Castellionem.

Petrus filius quondam Thomae comitis de Sabaudia constituit heredem totius terrae suae filium vel filiam, quam habebit ab Agnete filia Aymonis domini Fuciniaci.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Petri II, Hist. Probationes*, pag. 40, Doc. 92).

DXLVIII. — **Guilelmus Dei Filii.**

1284, 24 d. Februarii. Ind. vii. Apud Camberiacum in turre Petri Vulpilis.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio vendit Vulliermo Dieu le fist de Chamberiaco quidquid habet ab aqua quae dicitur Lessia usque ad passum de Clusa et sommitate Montis Nivoleti usque

ad ripariam quae quondam fuit Petri Vulpilis, et quidquid pertinet ad Villam de Losse ultra aquam, scilicet les Masures et apud Martriam. Vendit scilicet homines, mulieres, terras census, banna, justitias, ballias et cetera usagia. Recipit autem pro hac venditione quatuor millia solidorum fortium excutolatorum, hoc addito quod supra dicta omnia, quandocumque vellet, pro eodem pretio, additis 12 denariis magis, possit rehabere.

Comes dat Vulliermo fideiussorem Thomam fratrem suum, qui omnia promisit observare. Venditionem laudant Guido de Cheveluto castellanus Montis Meliani et Boso de Curuana, et Vulliermo concedunt quidquid juris in supra dictis rebus habebant.

Testes: Aymo de Balma, Petrus Volloz, Petrus de Toueto, Rostandus de Rupecula, Petrus de Borne, Bernardus et Rodulphus frater suus, Petrus Vulpini, Bernardus Ambrosii capellanus Dei filii.

Jacobus Barberi S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(In Tab. Sen. Sab. Regis. an. 1708, fol. 190. Mugnier Franciscus edid. in *Mémoires et Documents publiés par la Société Savoisienne d'Histoire et d'Archéologie*. Tom. XXI).

DXLIX — **Amedeus de Jaitz.**

1284, 12 d. Junii.

Amedeus dominus de Jaiz homagium facit Petro de Sabaudia Thomae quondam comitis filio, eique dat castrum de Jaiz, illud recipiens in feudum, una cum sexaginta libratis terrae annualibus, quas Aymo dominus Fucigniaci habet apud Divonam, exceptis feudis militum.

(E Tab. Divionensi. Exemp. extat in R. Tab. Taurinensi, *Vaud*, *Baronie*, Mazzo I, n. 4. Wurstemberger, Loc. cit. pag. 42, Doc. 94).

DL. — **Amadeus IV et eccl. S. Ursi.**

1284, 4 d. Julii. Ind. vii. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio in sua custodia et protectione suscipit ospitale S. Ursi Augustensis.

Actum in prato retro S. Stephanum. Testes Petrus de Ponte sescaldus comitis, dom. Willelmus Sariondus, dom. Petrus de Tornone et alii.

Petrus S. Palatii notarius scripsit.

(E Tab. S. Ursi August. Edid. Cibrario et Promis, pag. 185).

DLI. — **Aymo de Sabaudia et fratres ejus.**

1284, 21 d. Julii. Apud Chillon.

Amedeus comes Sabaudiae, Willelmus Electus Valent. Bonifacius Bellici Electus, Thomas, Petrus et Philippus fratres, liberam faciunt potestatem Aymoni fratri eorum, donandi uni ex illis duo e castris, quae nemo ex iis ad manum suam teneret, quaeque recipiens ab Aymone in feudum recognoscet.

(E R. Tab. Taurinensi. *Duc. Sab.* Fasc. I, n. 4).

DLII. — **Concordia inter Amadeum IV et fratres suos.**

1284, 28 d. Julii. Actum Chillon.

Discordia inter Amedeum comitem Sabaudiae ex una parte, et Aymonem et Petrum fratres ejus ex altera, super portionem haereditatis paternae sopita, mediantibus Wilielmo Valentino Electo et Thoma, fratribus eorum, Martino de Virieu et Willelmo Gratapallia. Vallis Augustana remanet comitis; tota terra citra Montem Jovis usque ad Arvam Aymoni remanet, qui eam in feudum a comite tenebit, et post eum tam ad comitem, quam ad fratres ejus redibit. Insuper comes Aymoni dabit quatuor milia librarum Gebenn.

Amedeus comes dabit Petro castra de Lunnes et de S. Regneberto et centum marchas argenti. Haec tamen non dantur pro parte haereditaria ad illum spectante, quae cum comite et aliis fratribus, Aymone excepto, remanebit per annum, post quem comes ei dabit partem suam ad arbitrium Electi Valentini, Aymonis et Thomae.

Pro praedictis omnibus observandis comes fidejussores dedit Willelmum comitem Gebennensem, Aymonem de Fuciniaco, G. de Villariis et Martinum de Virieu. Ex parte Aymonis juraverunt Henricus de Alingio, Boso et Petrus de Montiliis, Guigo de Ponte Vitreo, Petrus de Sallion, Portarius de Chillon et Aymonetus de Villanova. Promisit etiam comes quod infra mensem postquam intraverit Sabaudiam, dabit pro obsidibus Stephanum de Villariis, Rodulphum de Greise, Berlionem de Camberiaco, Antelmum de Miolans, Humbertum de Vileta, Aimericum de Brianso et W. de Benfort.

(E R. Tab. Taurinensi. Princ. del Sangue, M. I, n. 1. Datta, *Storia dei Principi di Acaja*, Vol. II, Doc. 6).

DLIII. — **Amadeus IV et Rodulfus de Gresiaco. Aquae pulchrae.**

1284, 12 d. Octob. Ind. VII.

« Domino Friderico imperante et domino comite Mauriannensis Comitatus atque in Italia Marchionatum tenente, » Comes Amedeus donat et concedit Rodulfo de Gresiaco et domui sue et ipsius heredibus in perpetuum in feudum nobile, quod vulgo dicitur gentile, quicquit comes prenominatus vel pater ipsius olym dominus Thomas nobilis comes habebat vel habere debebat in Monte Aymonis, qui est super Cameram in partibus Maurianae, et illum investit etc.

Actum est hoc publice in ecclesia Beati Johannis de Hospitali Aquae pulchrae. Testes: Nantelmus de Mediolano (*sic*). Petrus de Camera. Martinus de Virieu. Guigo de Monte Majore.

Villelmus Sacre Aule et comitis notarius scripsit.

(E Tab. Castri de Menthon-Saint-Bernard. Transcripsit Amadeus de Foras Comes).

DLIV. — **Amadeus IV. Eccl. Ripaltae.**

1284, 28 d. Novembris. Ind. VII. Secusiae.

Amedeus comes Mauriannensis et in Italia marchio confirmat beneficia et dona, quae comes Amedeus et comes Umbertus atque comes Thomas còntulerunt Ecclesiae et canonicis Ripaltae, eique concedit per totam terram suam pedagium, ledam et carenam omnium rerum suarum.

Testes: Aynardus de Bardoveschia, Castellanus Avillianae, Petri Porteri, Umberti Bertherii, Petri Bertherii, Durandi Bernardi, Aymonis Godil, Gauterii de Javen, Poncii de Oquin Castellani Secusiensis.

Joannes scriptor rogatus scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Guichenon. *Hist. Gen. Preuves*, p. 66).

DLV. — **Donatio S. Justo Secus. Ferruzascum.**

1285, 4 d. Januarii. Ind. VIII. Apud Chamberiacum.

Thomas de Sabaudia comes confirmat in manu Jacobi abbatis Secusiae omnia infrascripta prout antecessores sui concesserunt, sicuti in quodam publico instromento propriis oculis vidit contineri.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio, frater Thomae, hoc ipsum fecit. Testes fuerunt Unbertus de Saysello, Petrus Carloz, Petrus de Alingio, Petrus de Cingino, Bertrandus Montemeliani, Hugo Menescalli, Jacobus Pontemremblo, Guido de Chaneleto.

Jacobus S. Palatii et comitis Sab. notarius scripsit.

Tenor instromenti confirmati hoc est:

« Odo marchio, Adelagia comitissa ejus conjux nec non Humbertus comes omnes lege salica viventes dant monasterio S. Justi Secusiensis quartam partem de Ferrusasco cum feudis feudataris, vassallis, stratis publicis, omnibus dominiis, juribus, imperiis universis; praeterea donant mansum Vigerum in praedicto territorio, et tertiam partem decimae totius. Traditio fit per cultellum etc. Dominico abbati ipsius monasterii. Actum in civitate Thaurina in castro desuper portam Secusinam. Testes interfuerunt Johannes de Thaurino et Oldericus de Ast. Atheniulphus de Querio, Albertus de S. Georgio. Borenzo (*leg.* Herenzo) notarius et judex S. Palatii scripsit MXXXV, Ind. III, IV Kal. Januarii anno Curadi regnantis Imperii XI. »

(E R. Tab. Taurinensi. Edid. SACCHETTI, *Memorie della Chiesa di Susa*, 1788; recognovit AL. COLLEGNO V. *Curiosità di Storia Subalpina*, 1881. — Chartam Terraneus confictam habuit; nemo sane eam depravatissimam non fatebitur. Foedis interpolationibus scatet: *feudis, feudatariis, vassallis, stratis publicis, imperiis universis.* Nil in comitatu Taurinensi donare potuit *Humbertus comes;* Oddonem et Umbertum I legem salicam professos fuisse non constat, contra eorum successores legem romanam profiteri notum est. Dies IV a kalendas Januarias an. MXXXV, et Ind. III ad diem XXIX mensis decembris MXXXIV nos revocant, at X kal. Jan. MXXXV Olderici Manfredi filium adhuc in vivis esse ex donatione Sufredi presbyteri comperimus. Qua de re Odo, si jam Adelaidis conjux fuisset. marchionali dignitate praeditus certo non erat. Anno MXXXVI Herimannus Svevorum dux marcam socri sui Olderici Manfredi ab imperatore accepit, Adelaidis maritus).

DLVI. — **Matrimonium Henrici III regis Angliae.**

1235, 22 d. Junii. Apud Wudstoke.

Henricus III rex Angliae Amedeo comiti Sabaudiae ac Willelmo electo Valentino nuntiat se initurum esse matrimonium cum nepte sororis illorum, Comitissae Provinciae filia. Commemorat amicitiam progenitorum ipsius regis ac Sabaudiae comitis, quam arctius fulcire cupit.

(RYMER, *Acta pubb.* I, I, 118).

DLVII. — **Testamentum Amadei IV.**

1285, 28 d. Septembris.

Amedeus comes Sab. et marchio Italiae instituit Thomam fratrem suum heredem in comitatu et marchionatu, si forte contingeret se decessurum esse sine prole mascula.

(E R. Tab. Taurinensi, *Testam. Princip. di Savoia,* Fasc. I, n. 2).

DLVIII. — **Thomas Vicarius Amadei IV.**

1285, 28 d. Septembris.

Amedeus comes Sabaudiae Thomam fratrem suum constituit locum tenentem in tempore absentiae suae, cum omnimoda potestate et auctoritate exercendi in omnibus ditionibus comitis jurisdictionem et imperium.

(E R. Tab. Taurinensi, *Testam. Princ. di Sav.,* Fasc. I, n. 2).

DLIX. — **Aymo de Sab. Eccl. de Abundantia.**

1285, mense Octobri. Apud Choix.

Aymo Dominus Agaunensis, frater comitis Sabaudiae, ecclesiae de Abundantia elemosinam confirmat, quam W. miles de Festerna eidem ecclesiae fecit.

(E Tab. Eccl. Abundantiae. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves,* p. 56).

DLX. — **Pax cum Communi Taurinensi et illis de Pedemonte.**

1285, 18 d. Nov. Indict. viii. Taurini.

Pax inter Amedum comitem Mauriannensem et in Italia marchionem et Thomam fratrem ejus ex una parte, et Hugonem episcopum Taurinensem, homines ejusdem ecclesiae, Robertum de Gajalardis potestatem Taurini, Commune Montiscalerii et illos de Pedemonte coadjutores Taurini, videlicet illos de Plozasco, illos de Pineirolio, de Bagnolio, de Bargiis et de Romagnano ex altera parte. Concordia celebrata ex parte comitis per dominum Gratapaleam, Caillam de Gorzano, Ottonem Cornu et Ulricum de Testuisio; ex altera parte per

Bertolotum Arpinum, Ottonem Gibuinum, Petrum Alexium et Jo. Silum ambasciatores communis Taurini.

Remittuntur invicem quaerelae et damna tam in Ripulis quam in aliis locis, salva fidelitate, quam Commune et homines Taurini comiti debent. Definiuntur jura supra Collegium. Episcopus debeat comitem investire de Caburro et Lanceo nomine gentilis et liberi feudi, et sic de Montebreono. Castellani de Pedemonte homagium comiti reddant cum solita libertate. Ad dirimendas lites supra Pineirolium, XXIV jurati discernant quae sint jura comitis, exceptis banno Sconzonariae, successione illorum qui decedunt sine testamento, si heredes habeant, fodro et regali, nisi imperator illud ei daret. Pinerolienses debeant facere comiti exercitum et cavalcatam citra montes, quotiescumque requisiti fuerint. Comes teneatur dare in auxilio Taurinensium, quotiescumque fuerit requisitus, LX milites bene munitos equis per unum mensem; et emendare debeat dominos de Plozasco et de Caburro de eo quod habebant in superiori castro Caburri, secundum arbitrium marchionis Salutiarum.

Bonus Joannes dictus de Marentino rogatus subscripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Torino, città*, m. I, n. 4. CIBRARIO, *Storia di Torino*, I, pag. 506).

DLXI. — **Instrumentum pacis.**

1235, 19 d. Novembris.

« Quoddam instrumentum pacis et confederationis factarum inter Dominum Amedeum comitem Sabaudiae et suos confederatos ibidem nominatos ex una parte, et dominum episcopum Taurinensem et suos confederatos, ex alia, receptum sub anno Domini mill° Ducent° Trigesimo quinto, die domenico XIV kal. decembris: quod instrumentum est obrasum sic quod non potest legi; et signatum de foris per XIX. »

(E R. Tab. Taurinensi, *Cartario* n. 221, fol. 226. Transcripsit PHILIPPUS SARACENUS. V. Doc. DLX).

DLXII. — **Cessio castri Ripularum.**

1235, 19 d. Nov. Ind. IX. Taurini.

Amedeus comes Sabaudiae et Thomas ejus frater, in plena concione Taurinensi, fecerunt pacem et omnimodam absolutionem Ugottoni episcopo Taurinensi et Roberto de Gujolardis Taurinensi potestate de

omni-jure in castro Ripolis et poderio, et in civitate Taurini, exceptis illis conventionibus factis in charta pacis per bonum Johannem de Merentino notario.

Testes: Jacobus de Taurino, Bonus Johannes Filinus notarius, Aulierius, Jacobus de curia grande et alii quamplures.

Johannes Julianus notarius abbreviavit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Mon. Hist. Patr.* Chart. I, col 1829).

DLXIII. — **Donatio Bonifacii march. Montisferrati.**

1285, 9 d. Dec. die lunae. Clevaxii.

Bonifacius marchio Montisferrati donat uxori suae Margarethae, Amedei comitis Sab. filiae, feuda sua in Valle Mutti, in Collegio et Planitie, quae quondam a Thoma comite tradita acceperat.

(E R. Tab. Taurinensi).

DLXIV. — **Donatio Amadei IV generis suis.**

1285, 9 d. Dec. die lunae. Clevaxii.

Amedeus comes Sabaudiae marchionibus Montisferrati et Salutiarum, generis suis, tradit terras Susae, Avilianae, Caburri, Vigoni et Miradolis, et omnia quae possederat per Lumbardiam a palo Bonizonis usque ad Bargiam; reservat sibi comes usumfructum ad dies vitae suae, et jus augendi donationem in gratiam alterutrae filiarum suarum, si una earum procrearet prolem, altera vero prole careret. Statuit tamen donationem penitus incassam fore, si sibi Amedeo nasceretur heres masculus.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger (Petri II, *Historia Prob.* pag. 58) animadvertit errorem irrepsisse in die hujus et praecedentis chartae, quia IX d. Decembris anni 1285 concidit cum die Dominica. Idcirco legendum erit die X Decembris).

DLXV. — **Amadeus IV. Domus Aillonis.**

1286, 25 d. aprilis. Ind. IX. Apud Montemmelianum.

Amedeus comes Mauriannensis et in Italia marchio Domui Aillonis Carthusiensis Ordinis donat liberam potestatem acquirendi bona in territorio Playnia de Montemeliano.

Testes: Humbertus de Seysellis, Petrus Silvestro de Montemeliano, Petrus f. Arducio de l'Archet in Augusta.
Willielmus notarius scripsit.

(E Tab. Eccl. Aillonis. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, p. 67).

DLXVI. — **Amadeus IV. Maria de Curia Majore.**

1236, 19 d. Maii.

Amedeus comes Sabaudiae, in Italia marchio recipit in salvaguarda et custodia Mariam de Curia Majori et ejus filios cum omnibus eorum rebus, mandatque Marconi de Bardo, ut dominam Mariam et ejus filios defendat.

(E Tab. Curiae Majoris (Courmayeur) in valle Augustana. Transcripsit P. CAMILLUS DEZUZINGE).

DLXVII. — **Domus Dei.**

1236, 25 d. Junii.

Sententia arbitralis abbatum Agaunensis, de Altacumba et de Alpibus super discordiam exortam inter Aymonem Agaunensis provinciae dominum et abbatem de Altacrista, ratione Domus Dei et Capellae, ab Aymone fundatarum, cui fundationi contradixerat abbas Altaecristae, ut juribus ecclesiae suae Villaenovae obnoxiae, Constituuntur jura utriusque partis litigantium. Amadeus comes Sabaudiae sententiam ratam habet, et una cum episcopo Lausannensi chartam arbitrii sigillo suo roborat.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. *Mon. Hist. Patr.* Chart. I, col. 1383).

DLXVIII. — **Henricus III rex Angliae Alienoram in uxorem ducit.**

1236.

Henricus III rex Angliae « solennes nuncios viros prudentes in Provinciam ad Reimundum comitem ejusdem Provinciae, cum literis praecordiale consilium suum continentibus, de matrimonio contrahendo cum filia sua Alienora, destinavit. Erat autem praedictus Comes vir illustris et in armis strenuus... Duxerat autem idem Comes in uxo-

rem filiam comitis Sabaudiae Thomae jam mortui, sororem comitis Sabaudiae adhuc viventis Amidei: mirae pulcritudinis mulierem Beatricis nomine. Quae ex viro suo praedicto comite Reimundo, prolem suscepit decoris expectabilis filias, quarum primogenitam rex Francorum Lodovicus matrimonio sibi copulavit, nomine Margaretam..... Unde et consequenter natu minorem virginem speciei venustissimae, jamque duodennem, Rex Anglorum in uxorem sibi dari per praedictos nuncios postulaverat... Qui... cum summo honore et reverentia sunt recepti et... Alienoram, Regi Anglorum matrimonio associandam, de manu ejus susceperunt: sub ducatu tamen domini Willielmi Electi Valentiae, avunculi ejusdem puellae, viri praeclari et elegantis... adducendam... Occurrit dominus Rex... et visa puella, sibique accepta, apud Cantuariam eam desponsavit... decimo nono Calend. Februarii peragente.

(MATTHAEI PARIS monachi Albanensis, Angli, *Historia major*, Londini, 1640, pag. 419).

DLXIX. — **Guilelmus Sarriod.**

1236, 30 d. Septembris. In villa Morias.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia donationem confirmat, quam nobiles viri Vulliermus de Sancto Petro et Jacobus et alii fecerunt Vulliermo Sariod de possessionibus, quae sunt de feudo ipsius comitis.

Testes: Nanterinus de Miolans, Guido de Avisio, Marco de Bardo, Umbertus filius vice comitis, Bermundus de Curiis, Pontius de Cors, Jacobus de Salsa etc.

(*Recueil des Franchises, et Privilèges etc.*, quod extat in Tab. Consilii *des Commis* ducatus Augustensis).

DLXX. — **Bonifacius II march. Montisferrati.**

1237, 12 d. Februarii. Ind. XII (leg. X). Actum in Clavax.

Bonifacius II marchio Montisferrati promittit tenere praecepta Manfredi III marchionis Salutiarum super discordiam, quae vertitur inter seipsum et Amedeum comitem Sabaudiae, secundum quod Manfredus marchio locutus est apud Casellas.

Testes: Ansaldus de Lanerio, castellanus Clavaxii, Ubertus de Septimo.

Bonifacius notarius S. Palatii scripsit.

(MORIONDI, *Monumenta Aquensia*, p. II, col 662).

DLXXI. — **Avoveria de Giny.**

1287, mense Februario.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Hannoiae et Johanna comitissa, ejus uxor, pollicentur se non sejuncturos esse Avoveriam de Giny e comitatu Hanoiensi, nisi consentiente abbate de Lobbes.

(E Tab. prov. Hanoiae, n. 20. V. *Coup d'œil sur les relations qui ont existé jadis entre la Belgique et la Savoie etc., par le Baron de* Reiffenberg, pag. 48, in Tom. XIV *Nouveaux Mémoires de l'Académie Royale des Sciences et Belles-Lettres de Bruxelles, 1841.* Chartarum elenchos, quae ad Thomam de Sabaudia spectant, Comitatus Flandriae et Hanoiae una cum Joanna uxore administrantem, auctor gallice conscripsit).

DLXXII. — **Petrus de Sabaudia in carcerem conjectus.**

1287, 12 d. Maii.

Iudicium Amedei comitis Sabaudiae inter Petrum de Sabaudia fratrem suum et Guillelmum comitem Gebennensem, cujus filii Petrum hostiliter aggressi erant, illumque captum in carcerem conjecerant. Condemnatur Guillelmus comes ad viginti mille marchas argenti Petro de Sabaudia applicandas, cui etiam adjudicatur castrum de Arlo.

(Pingonius, Chron. Sabaudiae, fol. 289. Wurstemberger, *Petri II, Hist. Prob.*, pag. 45, Doc. 110).

DLXXIII. — **Fundatio Eccl. Villaenovae.**

1287, 25 d. Junii. Apud Chillon.

Aymo de Sabaudia, Dominus de Chablasio, f. q. Thomae comitis Sabaudiae fundat domum Dei intra muros Villaenovae, in dioecesi Lausannensi, eique bona pro dotatione concedit. Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia confirmat; laudant M. comitissa Sabaudiae et marchionissa in Italia, Vullielmus Electus Valentinus, B. Electus Bell. P. praepositus Augustae, Thomas et Philippus, mater et germani Aimonis.

In praesentia Herluini Archiepiscopi Tarantasiensis et abbatum Agaun. et Altacrista. Testes: Umberto de Villeta, Guigone de Amaisino, P. de Cletis militibus, Hugone castellano de Chillione, Torenco de Cambovare, Berardo de Boucho, Petro Hirpano, et Bertramo de Montemeliano.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. Guichenon. *Hist. Gen. Preuves*, p. 57).

DLXXIV. — **Aymo de Sab. Capsula S. Mauritii.**

1287, 1 d. Julii. Apud Chillon.

Aymo f. quondam Thomae comitis Sabaudiae assignat centum solidos bonorum Mauriziensium, super receptum quod debent annuatim homines de Olone et de Nurie, et pro candela quam Thomas comes ardere ante capsulam S. Mauritii constituerat. Actum est de consensu et voluntate matris suae comitissae, atque Amedei fratris comitis Sabaudiae.

Testes Herluinus Tharantasiensis Archiepiscopus, F. abbas de Altochristo, P. cappellanus comitissae Sabaudiae, Umbertus de Vileta, Guigo de Amasino et P. de Cletis.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. Edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* p. 187).

DLXXV. — **De Obitu Aimonis de Sabaudia. Domus Montis Jovis.**

1287, 30 d. Augusti. Apud Chillon.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia promittit adimplere obligationes Aymonis fratris sui erga domum Montis Jovis, sicuti expresse in carta ipsius Aymonis plenius continetur.

(E Tab. Hospitii S. Bernardi. Gremaud, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Doc. 420, pag. 328. Aymonem de Sabaudia, qui donationem S. Mauritio Agaunensi fecit die 3. Julii, die 30 Augusti jam vita functum esse ex hac charta discimus. Obiit diro morbo, quem lepras vocant, correptus).

DLXXVI. — **Guilelmus de Sab. Electus Valentinus.**

1287.

Concordia inter Henricum Angliae et Alexandrum Scotiae regem. Inter xliv testes subscriptos, sextus in ordine Willelmus (*de Sabaudia*) Electus Valentinus.

(Rymer, *Acta pub.* I, I, p. 181.

DLXXVII. — **Capitulum S. Petri Insularum.**

1288. Insulis.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa ad dirimendam discordiam inter se et Decanos et Capitulum S. Petri In-

sularum exortam propter jura capituli supra quasdam terras sitas in parochia S. Mauritii, Danielem de Bonneke arbitrum statuunt.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 18).

DLXXVIII. — **Abbas de Clervaux.**

1238, mense Februario.

Litterae Guilelmi abatis de Clervaux, quibus Thomam de Sabaudia comitem Flandriae et Johannam comitissam certiores facit, quod fratres praedicti monasterii, antequam messem peragant, sollemnem missam celebrabunt.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 19).

DLXXIX. — **Terra de Estruem.**

1238, mense Martio.

« *Jon Thumas, Cuens de Flandre et de Haynau et je Johanne contesse de Flandres et de Haynnau facions scavoir a tous chiaus qui sont et venront, que Watiers, Sire d'Avesnes et Bouchars, ses frères, ont fait tels convenances pardevant nous, etc.* » Walterius concedit Burcardo terram de Estruem, eique et heredibus sui ccc libras annuas assignat.

(Reiffenberg, *Relations entre la Belgique et la Savoie*, pag. 53).

DLXXX. — **Testamentum Amedei IV.**

1238, 19 d. Julii. Ind. xi. Apud Aquam Bellam.

Amedeus comes Sabaudiae, ad exercitum imperialem profecturus, condit testamentum suum. Instituit heredem universalem Thomam fratrem suum, cui, si decederet sine prole mascula, substituit Philippum, et huic Petrum. Heredes solvere debent omnia debita comitis; si non solverentur, vendatur castrum Avillianae Imperatori, cum consilio Electorum Valentini et Bellicensis. Praecipit, ut provideatur comitatu Philippus frater suus.

(E R. Tab. Taurinensi. Test. Fasc. I, n. 3. *Zibaldone Pingoniano*).

DLXXXI. — **Guilelmus de Sab. Episcopus Leodiensis.**

1238.

Guillelmus de Sabaudia, primo decanus S. Mauritii Viennensis, dein anno MCCXXIV Electus Valentinus, anno MCCXXXVIII eligitur episcopus Leodiensis.

(MEYER, *Annales*, fol. 78 verso, narrat: « Cui praesuli quum e vestigio Valeranus Lemburganus ob causam nescio quam inferret bellum, tanta Thomas fratri portavit auxilia, ut ad primum adventus sui nuntium perterritos hostes in fugam verterit. » v. REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 11).

DLXXXII. — **Ecclesia S. Petri Insularum.**

1238.

Notitia de damnis ecclesiae S. Petri Insularum illatis a Thoma de Sabaudia comite Flandriae et Johanna comitissa causa donationis bonorum apud ecclesiam S. Mauritii sitorum, quae olim comes Baldovinus ei dederat, nullis oneribus subjecta.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 19).

DLXXXIII. — **Ecclesiae Comitatus Cameraci.**

1238.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae ecclesias Comitatus Cameraci annuo tributo « de Gaule et de Gavenne » subjicit.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 19).

DLXXXIV. — **Monasterium de Grand-Pré.**

1238.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa quaedam privilegia monasterio « de Grand-Pré » concedunt.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 19).

DLXXXV. — **De Mercatoribus exteris.**

1238, Feria IV ante festum Omnium Sanctorum.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae mandat balivo et scabinis de Dam, ut mercatoribus exteris promptam justitiam reddant.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 18).

DLXXXVI. — **Thomas de Sab. Comes Flandriae.**

1238, 8 d. Decembris. Apud Clarendon.

Henricus III rex Angliae procuratoribus suis in curia romana mandat, ut procuratoribus avunculi sui Thomae comitis Flandriae ad curiam accedentibus totis viribus assistant.

(Rymer, *Acta pub.* I, I, p. 136).

DLXXXVII. — **Aymo de Sab. Eccl. de Altaripa.**

1238? (mendose: in contextu 1228).

Haymo, filius quondam Thomae felicis memoriae comitis Sabaudiae et marchionis Italiae, ecclesiae de Altaripa donat sex libras lausanniensis monetae censuales solvendas annis singulis a castellano Melduni super quaedam molendina sub turre de Melduno.

Testes fuerunt Petrus abbas et Nicolaus Alpenses, Rodulphus comes de Grueria, Richardus de S. Martino, Jacobus de Albona, Humbertus de Ferners castellanus de Melduno, Umbertus miles de Sottens, Petrus de Villens, Petrus de Superpetra, Rodulfus de Melduno, Uldricus de Villanova.

Actum in manu Hugonis abbatis Altaeripae.

(E Ms. cui titulus « Collectio diplomatica Altaeripae opera Bernardi de Lentzburg abbatis, 1779 »; Adservatur in Bib. Altaeripae prope Friburgum. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1305)

DLXXXVIII. — **Thomas de Sab. Comes Flandriae.**

1238.

Galerannus dominus de Poille Vache... molta mala... faciebat... contra episcopum Leodiensem Joannem; qua propter Joannes... castrum praedicti Galeranni situm super Mosam... viriliter obsedit post

aliquantulum ad mandatum episcopi venit ad obsidionem Thomas comes Flandriae, qui erat homo ligius ratione feudi Hainiaci..., adducens secum *bibliam petrariam* et caetera bellica instrumenta.....

(Alberici Trium Fontium, Chron. pag. 565).

DLXXXIX. — **Monasterium de Soetendacle.**

1239, mense Februario. Die Cinerum.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa concedunt Gillio de Brugis, ut donet monasterio, quod sibi magis placebit, quasdam terras prope Mael, ea lege ut ipsum monasterium abbati « de Soetendacle » solvat annuatim quindecim solidos Flandrenses.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 19).

DXC. — **Thomas de Sabaudia et Johanna com. Flandrensium.**

1239, 16 d. Februarii. Laterani.

Gregorius IX P. M. Thomam de Sabaudia comitem et nobilem mulierem Johannam comitissam Flandrensium, quibus, post matrimonium contractum, compertum fuit quarto affinitatis gradu se ad invicem contingere, ut in tali possint matrimonio permanere, auctoritate apostolica dispensat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Mon. H. Pat.* Chart. I, col. 1838).

DXCI. — **Habitatores de Dam.**

1239.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae mandat balivo Gandavensi habitatores « de Dam » solvere non debere tributum « de Toulien, » donec statutum sit, an illud solvere jure teneantur.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 19).

DXCII. — **Confirmatio privilegiorum.**

1239.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa privilegia a Philippo de Alsasia concessa confirmant.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 19).

DXCIII. — **Amadeus IV. Margarita et Beatrix ejus f.**

1239, 18 d. Martii. Ind. XII. Avillanae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio, volens filiabus suis Margarithae uxori Bonifacii marchionis Montisferrati et Beatrici uxori Manfredi III marchionis Salutiarum augumentum dotis facere, concedit et tradit praedictis marchionibus cuilibet pro dimidia pro indiviso totam terram suam, quam habet in Lombardia a Palo Bonizono usque ad Brugas, retinens in vita sua ejus usumfructum. Si aliqua ex filiabus suis decederet sine filiis, alia ei succedat in praedicto augumento dotis, vel ejus filii.

Testes: Petrus comes de S. Gregorio (?) et ejus fratres, Albertus Cualia de Gorzano, Jacobus de Bagnasco, Jacobus de Geofagno, Bertoldus de Castiglione, Ubertus de Arsta,... de Plozolasco, Wido, Ubertus et Fredericus de Plezasco.

Manfredus Nicia notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. DATTA, *Storia dei Principi d'Acaja*, Tom. II).

DXCIV. — **Guilelmus de Bardo et Ruffinus de Arnad.**

1239, 24 d. Aprilis. Ind. XII.

Vulliermus de Bardo et nepos ejus Vuillermus donant Ruffino de Arnad et filiis ejus medietatem castri de Arnad, quam tenet a comite Sabaudiae, in rectum feudum, ita ut praedicti Ruffini debeant esse homines donatorum, salva fidelitate comiti Sabaudiae, et solvere sex libras et decem solidos de recto placito, et dare equum unum, quando comes Sabaudiae mandat cavalcaturam suam in terra, et tali quali est usagium in terra facere.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio laudavit, et promisit omnia facere observare, constituitque poenam ducentarum marcarum puri argenti contra illam partem, quae supra dicta infringeret.

Ruffinus dedit fidejussores Gottofredum filium vicecomitis Augustae et Aymonem et Bosonem, et Armizonem de Vallesia, et Jacobum filium suum, qui obligant omnia bona sua Vulliermo de Bardo, et Bermundum Montis Joveti, et Philippum nepotem suum usque ad mille scutos.

Testes: Anselmus de Miolano, Vuillierminus de Villeta, Guigo de

Amasiis, Emericius de Brianson, Vulliermus Belli Forti, Umbertus Marescalli, Aymo de Villario, Petrus de Roveto (?), Villiermus de Valpelina, Ogerius de Cigliano, Amedeus de Donato, Aymo Pelisserii de Bardo, Aymo filius Bosonis de Cortel, Albertus Lichaut de Vallesia.

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(*Recueil des Franchises et Privilèges du duché d'Aoste*. Ms. J. A. Duc. Epis. Augustensis).

DXCV. — **Amadeus IV. Eccl. S. Ursi August.**

1239, mense Majo. Apud civitatem Augustae.

Amedeus comes Mauriannae et marchio in Italia domum S. Ursi Augustensis, quam papa Innocentius olim tutelae Patris sui commiserat, sub custodia et defensione sua suscipit: si quis de cetero contra praedictae ecclesiae res, bona et privilegia venire praesumpserit, LX marchas puri argenti se persoluturum esse sciat.

(E Tab. S. Ursi Augustensis. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col 1339).

DXCVI. — **Johannes Boudons.**

1239, mense Junio.

Johannes Boudons, miles, et dominus de Elverdoing Thomae de Sabaudia comiti Flandriae fidelitatem faciunt.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DXCVII. — **Amadeus IV. Abbas Altaecristae.**

1239, 28 d. Junii. Apud Villam Novam.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio Italiae pacem factam inter abbatem Altaecristae Cisterciensis Ordinis Lausannensis dioecesis confirmat. Agitur de decimis, quas solvere debent homines in territorio de Tigneria, quod Humbertus q. comes Sabaudiae et marchio Italiae anno MCL monasterio donaverat.

(E Tab. Civ. Lausannae. CIBRARIO et PROMIS. *Doc. Sig. Mon.* pag. 139).

LXCVIII. — **Amadeus IV. Eccl. S. Hugonis.**

Sine loco et anno.

Amedeus filius et successor Thomae comitis Charthusiae S. Hugonis beneficium a patre suo collatum laudat et confirmat.

Testes: Nantelmus prior ipsius domus, P. de Muris procurator, Stephanus et Villelmus monachi, Hugo Boterus de Aquabella magister physicus Thomae.

(E Chartario Carthusiae S. Hugonis, *Memoires de l'Académie de Savoie*, Serie II, Vol. XI, pag. 310).

DXCIX. — . . . .

1239, 15 d. Julii. Anagniae.

Gregorius IX P. M. nuntiat Capitulo Lausannensi Bonifacium episcopum Lausannensem renuntiasse episcopatum in manus ipsius pontificis.

(E Chart. Lausannensi, pag. 49).

DC. — **Villula S. Gingulphi.**

1239, mense Julio. Ind. XII Augustae.

Amedeus comes confirmat villulam S. Gingulphi ad abbatem Habundantiae pertinere, prout Thomas comes pater suus an. MCCIII, declaraverat.

(GRÉMAUD, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais, pag.* 154).

DCI. — **Pons de Cheuris.**

1239, 25 d. Julii. Ind. XII. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio accipit sub custodia et protectione sua pontem de Cheuris (*Aymaville*) sub poena LX librarum, ne quis pontem infringere vel violare praesumat, vel prohibeat ejus exitum vel accessum.

(E Tab. Epis. Augustae. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1344).

DCII. — **Ecclesia Sanctae Waudru.**

1289, mense Augusto.

Conventio inter ecclesiam sanctae Waudru ex una parte, Johannam comitissam Flandriae, Thomam de Sabaudia, et Limaes castellanum Bruxellarum ex altera, supra nemus « de Hal. »

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DCIII. — **Adventus Thomas de Sab. comitis Flandriae in Angliam.**

1289.

« Circa festum Assumptionis beatae Mariae, venit in Angliam comes Flandriae, applicans apud Doveram; videlicet Thomas, avunculus Reginae. De cujus adventu cum Rex certificaretur, secus quam deceret laetabundus occurrit venienti, praecipitque cives Londinenses in adventu ejus omnes truncos et sterquilinia, lutum quoque et omnia offendicula a plateis festinanter amovere; civesque festivis vestibus ornatos, in equis eidem comiti gratanter occurrere phaleratis. In quo facto, Rex multorum sibilum movit et cachinnum. Recedens vero ab Anglia infra paucos dies, quia licentia domini Regis Francorum diu non extendebatur, quingentas marcas a Rege receptas asportavit. Reditumque totidem annuatim, quem sibi attinere jure antiquo a Regio Scaccario, recipiendum, pro homagio suo, absque difficultate vel mora impetravit.

(MATTHAEI PARIS, *Historia Major*, p. 515).

DCIV. — **Hospitium Insularum.**

1289, mense Septembri.

Statuta a Thoma de Sabaudia comite Flandriae et Johanna comitissa data Hospitio, quod Insulis fundaverant.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DCV. — **Ecclesia de Espinlieu.**

1239, mense Octobri.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa donant ecclesiae « de Espinlieu » partem cujusdam nemoris prope Ammuisart.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DCVI. — **Castrum de Montey.**

1239, 16 d. Octobris. Apud Gillum (Chillon).

Amedeus comes Sabaudiae et marchio Italiae castrum de Montey cum hominibus nobilibus et ignobilibus confert Margaritae sorori suae comitisse de Kiborck.

(E R. Tab. Taurinensi *Matrimoni*, M. I, n. 2. GUICHENON, Hist. Gen. *Preuves*, pag. 68. Sigillum cum aquila circumscriptum refert: *Secretum Comitis Sabaudiae*).

DCVII. — **Villa Franca. Cumbaviana.**

Anno 1239.

Comes Sabaudiae aedificavit Villam Francam in Pedemonte. Eodem anno comes Sabaudiae emit Combavianam a dominis Tranae.

(MURATORI *R. It. Script.* Tom. XVIII, Chronica parva Ripaltae, col. 1821).

DCVIII. — **De electione Scabinorum.**

1240, mense Januario. Brugis.

Regulae supra electionem Scabinorum Brugarum a Thoma de Sabaudia comite Flandriae praescriptae.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DCIX. — **Vectigal Balfard.**

1240, mense Januario.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa Flandriam et Hanoniam a vectigali, quod « *Balfard* » vocatur, liberant, quia illud solos pauperes premere cognoverint.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCX. — **Amadeus IV. Margarita de Kibourg.**

1240, (Siglo paschali) in vigilia S. Matthiae (die 24 Februarii) Apud S. Mauritium.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio, et mater ejus et germani B. ecclesiae Bellicensis electus, et Philippus Metensis primicerius Margaritae sorori comitissae de Kibor in augumentum dotis donant villam S. Mauritii de Chablaisio cum omni jure suo (excepto jure cudendi monetam) et villam quae dicitur Veranca.

(E R. Tabulario Taurinensi. *Matrimoni*, Mazzo I, n. 8. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 63).

DCXI. — **Ecclesia S. Bavonis Gandavensis.**

1240, mense Martio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa ecclesiae S. Bavonis Gandavensis donant terras, quas a Walterio de Coudenbourg emerant.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 20).

DCXII. — **Philippus de Sabaudia episcopus Eleo.**

1240, Sine Mense (Aprili)

Praepositus et pars Capituli Lausannensis Archiepiscopo Bisuntino et Episcopo Lingonensi electionem Philippi de Sabaudia metensis primicerii in episcopum nuntiant.

(E Chartul. Lausannensi, pag. 61).

DCXIII. — **Avoveria Paterniaci.**

1240, 28 d. Junii. Melduni.

Petrus frater comitis Sabaudiae, comes Rotundi Montis, cum voluntate Hugonis abbatis Cluniacensis, capit a Stephano priore Paterniaci Avoveriam hujus loci.

Testes: Dom. de Champuent, de Granson, Ricardus de S. Martino, Humbertus de Fernay, castellanus de Bellomonte et de Modon.

(E Tab. Monast. Cluniacensis. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 73).

DCXIV. — **Nemus de Alsiod**.

1240, die Jovis ante nativitatem S. Joannis Baptistae. Maele.

Willielmus de Maldeghem, miles, arbitros constituit ad componendam discordiam exortam cum Thoma de Sabaudia comite Flandriae supra nemus de Alsiod.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCXV. — **Villa Burbourg**.

1240, mense Julio.

Leges municipales (*Keure*) villae Burbourg a Thoma de Sabaudia comite Flandriae datae.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCXVI. — **Castellania Furnes**.

1240, mense Julio.

Leges municipales Castellaniae Furnes a Thoma de Sabaudia comite Flandriae datae.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCXVII. — **Villa Berghes S. Vinoc**.

1240, mense Julio.

Leges municipales villae Berghes S. Winoc a Thoma de Sabaudia comite Flandriae datae.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCXVIII. — **Homagium Guilelmi de Intermontibus.**

1240, 9 d. Julii. Ind. XIII. Chamberiaci.

Guillelmus f. quondam Guillelmi de Intermontibus facit homagium ligium Amedeo comiti Sabaudiae et in Italia marchioni pro castro Montisbelli et Intermontis, praesentibus Vullielmo de Mirabello et Rodulpho de Gresiaco tutoribus dicti Guillelmi.

Testes fuerunt Othomarus Alamandi dominus, Humbertus de Seysello, Valterus de Ravoyria, Vullielmus de Villeta, et alii.

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi).

DCXIX. — **Capitulum Cambaraci.**

1240, mense Augusto.

Conventio inter Thomam de Sabaudia comitem Flandriae et Johannam comitissam ex una parte, et Capitulum Cambaraci ex altera, supra avocheriam Onnaing et Quaroubles.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 21).

DCXX. — **Hospitium S. Elisabeth.**

1240.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa cedunt Hospitio S. Elisabeth « ad Quesnoy » jus conferendi scholas civitatis, dummodo gratuito conferantur, de more comitum Hannoniae.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 22).

DCXXI. — **Exequiae Guilelmi de Sab. Elec. Valentini.**

1240.

Guillelmus de Sabaudia, Electus Valentinus veneno interceptus Viterbi decedit die omnium Sanctorum anno 1239.

(MATTHAEI PARIS, *Historia Major*, pagina 517. In Chron. Altaecumbae (*M. H. P.* Scrip. I. Col. 673) legitur: « Anno domini MCCXXXIX delatus fuit de Curia Romana illustrissimus vir dominus de Sabaudia Electus Valencie, qui inde Guillermus... tertio nonas Maii (an. 1240) fuit hic honorifice tumulatus) ».

DCXXII. — **De electione litigiosa Philippi de Sab.**

1240, 31 d. Augusti.

Litterae abbatis et prioris Athanacensis et sacristae S. Pauli Lugdunensis abbati S. Mauritii in Agauno. Transmittit Breve Gregorii IX P. M. de electione litigiosa duorum episcoporum Lausannensium, scilicet Philippi de Sabaudia et Johannis de Cossonay, eique mandat, ut citet coram delegatis Papae duos Electos Lausannenses

(E Chart. Lausannensi, Wurstemberger, *Petri II Hist. Prob.*, pag. 66, Doc. 131).

DCXXIII. — **De excommunicatione Friderici II imp.**

1240, 16 d. Septembris. Anagniae.

Gregorius IX P. M. Amedeum comitem Sabaudiae et universos qui Friderico II dicto imperatori juramento fidelitatis tenentur adstricti, ab ejusdem observatione absolvit, quia excommunicatus est.

(E R. Tab. Taurinensi. *Mon. Hist. Patr.* Chart. I, col. 1346).

DCXXIV. — **De electione Philippi de Sab.**

1240, 26 d. Octobris. Gebennis.

Litterae abbatis Athanacensis et aliorum delegatorum ad priorem de Valunes de electione litigiosa Philippi de Sabaudia primicerii Metensis et Johannis quondam Cantoris in sede Lausannensi. Citantur electi et plures canonici et laici die xii mensis novembris, ut testimonium dent veritati super iis, quae de illis, auctoritate apostolica, inquirentur.

(E Chartul. Lausannensi, Wurstemberger, *Petri II Hist. Prob.*, pag. 67, Doc. 132).

DCXXV. — **Amadeus IV Thomae fratri donat Comitatum et Marchionatum.**

1240, 4 Novembris. Apud Segusium.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia donationem facit Thomae, Flandriae comiti, fratri suo, casu quo decederet ipse Ame-

deus sine prole mascula, totius comitatus sui Sabaudiae, marchionatus Italiae et ducatus Chablasii, sub conditione ut Thomas solvat omnia debita Thomae comitis, patris, et Umberti, fratris ipsorum.

(E R. Tab. Taurinensi. *Testam. Princ.* Fas. I, n. 2).

DCXXVI. — **De electione litigiosa Philippi de Sab.**

1240, 27 d. Novembris.

Litterae G. abbatis, Carthusiensis ordinis priori de Valunes. Citantur competitores (videlicet Johannes Cantor et Philippus de Sabaudia) aspirantes ad dignitatem episcopalem Lausannensem, coram delegatis Apostolicis.

(E Chart. Lausannensi, pag. 72).

DCXXVII. — **Petrus de Sabaudia.**

1240, mense Novembri.

Petrus de Sabaudia priori et ecclesiae Paterniacensi et Burgensibus tam pauperibus quam divitibus jurat jura ipsius ecclesiae et villae servare. Addit: quod si forte duellum in Villa Paterniaci firmatum fuerit, ipsum duellum in eadem villa et non alias, debet fieri et deduci.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, p. 78).

DCXXVIII. — **Adventus Thomae de Sabaudia Comitis Flandriae in Angliam.**

1240.

« Anni quoque illius profluvio, comes Flandriae Th. avunculus Reginae, in magno apparatu venit de licentia domini Regis Francorum in Angliam. Cui adventanti, non tantum Rex cum suis, sed cum ipso civium Londinensium numerosa multitudo in tubis et jucunditate et laetitia magna, in equis phaleratis, occurrit laetabundus; et receptus Londini in honore, xeniis multis et muneribus...

« Comes igitur memoratus, opimis oneratus Regis muneribus, statim in partibus suis coepit bellum movere... et... conflato numeroso exercitu, Electum Leodiensem, qui ex parte fuit Imperatoris et ejus consanguineus, et quosdam alios de Imperio... hostiliter impugnavit. »

(Mattaehi Paris, *Historia Major*, pag. 529).

DCXXIX. — **Rodulphus comes de Grueria.**

1240.

Rodulphus comes de Grueria, laudante P. filio ejus, cedit Amedeo comiti Sabaudiae homagium a Rodulpho Joannis de Grueria filio sibi debitum.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent.* Waudi, Mazzo I, n. 4).

DCXXX. — **Umbertus de Aschuminis.**

1240.

Humbertus de Aschuminis donat Petro de Sabaudia, quidquid possidebat apud Domperro, et ab eo retroinfeodatur de rebus cessis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 4).

DCXXXI. — **Habitatores Hyprarum.**

1240.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa habitatores Hyprarum immunitate pedagii urbis Insularum donant.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 22).

DCXXXII. — **Villa Caprycк.**

1241.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae legem municipalem (*Keure*) villae Capryck concedit.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 22).

DCXXXIII. — **Monasterium de Hossene**

1241, mense Februario. Gandavi.

Donatio Thomae de Sabaudia comitis Flandriae et Johannae comitissae monasterio N. D. « de Hossene. »

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 22.)

DCXXXIV. — **Hospitium de Alost.**

1241, mense Februario. Gandavi.

Donatio Thomae de Sabaudia comiti Flandriae Hospit. « de Alost. »

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 22).

DCXXXV. — **Petrus de Sab. Rogerus le Gras.**

1241, 27 d. Februarii. Wudestoke.

Henricus III rex Angliae ad instantiam Petri de Sabaudia Rogero le Gras xx marcas argenti condonat.

(E Rotulis finium Henrici III. Wurstemberger, *Petri II, Hist. Probationem*, pag. 70, Doc. 137).

DCXXXVI. — **Castrum Albonae.**

1241, mense Martio. Albonae.

Jacobus de Albona Petro de Sabaudia donat castrum Albonae pro centum libris Gebennensibus, illudque a Petro in feudum recipit sub conditione homagii ligii.

(E R. Tab. Taurinensi, *Vaud, Baronie*, m. 6, *Aubonne*, n. 1).

DCXXXVII. — **Habitatores Bonbourg.**

1241, mense Martio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa decernunt de quibusdam vectigalibus ab habitatoribus de Bonbourg pendendis.

(Reiffenberg, Loc. cit., pag. 23).

DCXXXVIII. — **Mude in Villa Franca.**

1241, mense Martio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa oppidum Mude in Villam Francam constituunt et civibus et habitatoribus libertates sanciunt, Brugis concessas.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 23).

DCXXXIX. — **Monasterium Stafardae.**

1241, 11 d. Martii. Ind. xiv. Avillanae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio confirmat monasterio de Stafarda donationem quam fecerat Gulielmus de Lucerna, anno MCLIX, videlicet de omni eo, quod tenebat in valle Guiciardi et de fictu quadraginta caseorum, quos ecclesia Stafardae ipsi Gulielmo de Lucerna annuatim reddere debebat.

Testes: Gulielmus Belivardus, Aymo miles de Tono, Gulielmus de Ravoira miles, magister Andreas Franxixius de Olgine, Jacobus de Balma, et pluris alii.

Notarius dictus de Caluxio scripsit in sala Petri del Ronco.

(E R. Tab. Taurinensi, *Titoli degli Stati Antichi*, Vol. 15, c. 34. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1350).

DCXL. — **Exemptio pedagii Secusiae concessa.**

1241, 22 d. Aprilis. Ind. xiv. Apud Secusiam.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio mandat ne aliquod pedagium ab aliquo de Secusia pedagiarii exigere debeant, excepto pedagio Berlionis de Camberiaco, quod est tres denarii forcium.

Testes: Guigo de Amaisino, Willermus Revoyri Miles, Johannes et Benedictus Bazzalis de Burgo, Petrus Bartholomeus, Bertrannus Montismeliani.

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E Tab. Civit. Secusiae. *Hist. Pat. Mon.* Leges Municipales, I, col. 13).

DCXLI. — **De Scabinis de Dam.**

1241, mense Maio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa de forma electionis et de privilegiis scabinorum de Dam statuunt.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 23).

DCXLII. — **Richemond.**

1241, 4 d. Maii. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae Petro de Sabaudia avunculo suo concedit villas de Richemund et Boghes cum castris, et manerium de Katerig et alias terras in Anglia sitas.

(Rymer, Foedera, I, 417).

DCXLIII. — **De Scabinis Duaci.**

1241, mense Maio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa quaedam privilegia scabinorum, burgensium et hominum Duaci confirmant.

(Reiffenber, Loc. cit. pag. 28).

DCXLIV. — **De Cancellario comitis Flandriae.**

1241.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae regulas statuit, ad quas officium praepositi Brugensis cancellarii comitis dirigatur.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 22).

DCXLV. — **Margarita de Sab. Com. de Kyburch.**

1241, 28 d. Maii. Ind. xiv. Apud Kiburch.

Hartmannus comes de Kyburch, cum consensu patruelis sui Hartmanni (*Iunioris*) comitis de Kyburch donat uxori suae Margarithae de Sabaudia castra Windegge, Oltingin, praedium in Shennis, aliaque bona, propter nuptias, quod donum vulgus « Libgedinge » appellare consuevit.

(E. R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Princ.* Margarita de Kiburg. m. I, n. 4).

DCXLVI. — **Habitatores de Waes.**

1241, mense Junio.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa leges municipales (*Keure*) habitatoribus de Waes concedunt.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 28).

DCXLVII. — **Mandatum Petro de Sabaudia.**

1241, 28 d. Junii. Apud Merleberg.

Henricus rex Angliae avunculo suo Petro de Sabaudia dat potestatem attrahendi ad obsequium suum comitem Cabilionensem et Willielmum de Vienna, et offerendi iisdem feudum annuum pro servitio eorum.

(Rymer, Acta publica Angliae, I, Fasc. I, 138).

DCXLVIII. — **Dotalicium Margarithae de Kyburch.**

1241, 9 d. Julii. Ind. xiv. In villa Sure.

Transactiones comitum de Kybourck (Hartmanni senioris et iunioris) circa dotalicium Margarithae de Sabaudia comitissae senioris de Kybourck, in quatuor chartas digestas.

(E R. Taurinensi., *Matrim.* Mazzo I, n. 6, 7, 8 et 9. Wurstemberger. *Petri II, Hist. Probationes*, p. 74, Doc. 143).

DCXLIX. — **Dotalicium Margarithae Kiburch.**

Sine anno et loco.

Index dotalitii Margarithae de Sabaudia comitissae de Kyburch.

E. R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Petri II, Hist. Probationes*, pagina 80, Doc. 143 a.).

DCL. — **Friburgenses et Margaritha de Kiburch.**

Sine anno et loco.

Civitas Friburgi spondit se protecturam fore Margaritham, uxorem Hartmanni senioris, in possessione quieta omnium bonorum ei a dicto comite, cum consensu patruelis sui Hartmanni iunioris, nomine dotalitii collatorum et promissorum.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Petri II*, *Hist. Probationes*. pag. 81, Doc. 143b).

DCLI. — **Brugenses et Cortracenses.**

1241, mense Julio. Cortraci.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa lites inter homines Brugenses et Cortracenses componunt.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 24).

DCLII. — **Capitulum S. Petri Insularum.**

1241, mense Julio.

Concordia inter Thomam de Sabaudia comitem Flandriae et Johannam comitissam ex una parte, et Capitulum S. Petri Insularum super quasdam terras in parochia S. Mauritii sitas.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 24).

DCLIII. — **Guigo de Gerbasio.**

1241 (?) 1 Aug. Ind. IV.

Guigo de Gerbasio filius q. Petri de Gerbasio vendit Petro Cride notario de Camberiaco, recipienti vice et nomine Amedei comitis Sabaudiae mistraliam de Novalesia cum omnibus juribus pro praetio octuagintarum librarum viennensium bonarum, quas confitetur se habuisse. Pacto conventum est quod Guigo eiusque heredes habeant merum et mixtum imperium, et omnimodam iurisdictionem in hominibus, uti nunc habet. Item Guigo accipit a comite quadraginta libras viennenses seu quadraginta libratas terrae in reditibus, in feudum de puro allodio ipsius Guigonis, qui esse debet homo comitis pro dicto feudo. Item habebit plenam iurisdictionem inferiorem in parrochiis de Gerbays, de S. Mauritio, de Ruppeforti et de Veray et de Abrisieu; comes vero habebit merum et mixtum imperium et universalem iurisdictionem in parrochiis de Gresivo, de Champagniaco et de S. Maria de Dalver et in villis dictarum parrochiarum.

Petrus Cride de Chamberiaco notarius scripsit.

(E. R. Tab. Taurinensi. Exemplum perhibet: « anno millesimo ducentesimo primo indictione quarta: » Scriba missum fecit *quadragesimo* post *ducentesimo*. Indictio IV ad annum MXLI, revocat, regnante Amadeo IV).

DCLIV. — **Bonifacius de Sabaudia Archiepiscopus Cantuariensis eligitur.**

1241.

« Monachi autem Cantuarienses, comperientes Papam et Regem sibi vicissim indulgere, et alter alterius quibuscumque praecibus inclinari, elegerunt sibi in pastorem animarum suarum, invocata Spiritus Sancti et Regis gratia, Bonifacium Electum de Bal (*Leg.* Bellicensem). Hominem procerae staturae elegantem corpore, avunculum dominae Alienorae, illustris Anglorum Reginae. »

(Mattahei Paris, *Historia Major*, pag. 555).

DCLV. — **Monasterium de Tronchiennes.**

1241. Octava Virginis.

Monasterium de Tronchiennes donat quaedam bona Thomae de Sabaudia comiti Flandriae et Johannae comitissae, qui dictum monasterium in sua custodia et defensione recipiunt.

(Reiffenber, Loc. cit. pag. 24).

DCLVI. — **Amadeus IV. Domus Aillonis.**

1241, 22 d. Septembris. Ind. xiv.

Amedeus, comes Sabaudiae et in Italia marchio, de prudentum virorum consilio domui Aillonis facta et statuta antecessorum suorum laudat et confirmat.

Testes: Petrus de Tornone, et.....

(E Tab. Eccl. Aillonis. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, p. 67).

DCLVII. — **Villa de Dam.**

1241, mense Septembri.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa villae de Dam condonant quoddam vectigal « *stal poninghe* » vocatum.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 24).

DCLVIII. — **David principis Norvalliae f.**

Sine anno et loco.

Transactio Henrici III regis Angliae cum David, filio Llewellini, quondam principis Norwalliae, Petro de Sabaudia teste.

(Rymer, *Acta pub.* I, p. I, p. 189).

DCLIX. — **Donatio Petro de Sabaudia.**

1241, 28 d. Septembris. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae concedit Petro de Sabaudia terras Johannis de Warenna in Turrexia et Suria, et honorem de Aquila.

(Rymer, *Acta pub.* I, p. I, 189).

DCLX. — **Petrus de Sab. testis.**

1241, 30 d. Septembris. Westmonasterii.

Placitum Westmonasteriense coram Henrico III rege Angliae, Petro de Sabaudia teste.

(Wurstemberger, *Petri II, Hist. Probationes*, pag. 84, Doc. 147).

DCLXI. — **Commune Neoportus.**

1241, mense Septembri.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa omnia iura, quae habebant in successionem sacerdotum defunctorum scabinis et communi Neoportuensi remittunt.

(Reiffemberg, Loc. cit. pag. 24).

DCLXII. — **Villae Capryck, Deinse et Eccloo.**

1241.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa leges municipales (*Keure*) oppidis Capryck, Deinse et Eccloo concedunt.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 24).

DCLXIII. — **Petrus de Sabaudia in Angliam venit.**

1241.

« Circa eosdem dies (*crastino Epiphaniae*) Petrus de Sabaudia. avunculus Reginae, cui Rex Comitatum de Richemundia contulerat, venit in Angliam, quam sibi senserat fructuosam, nam Rex adventantem occurrens, cum gaudio suscepit incomparabili, se suaque consiliis ejus exponendo, et ipsius terras cum donativis plurimis ampliando.

Die vero sancti Edwardi, quem Rex miro cultu et ampliato honore solemnisando studet serenare, idem Rex praedictum Petrum de Sabaudia cum quindecim aliis praeclaris juvenibus, ut festum pro eo superstisiosius ampliaret, in ecclesiae Sancti Petri Westmonasterii militari cingulo decoravit. »

(Matthaei Paris, *Historia Major.*, p. 549).

DCLXIV. — **Torneamentum Anglicum.**

1241.

« Ipso quoque anno, Petrus de Sabaudia, comes Richemundiae, torneamentum quoddam cepit quasi hostile adversus comitem Bigod, ut in quindena Paschae apud Norhamton experirentur alienigenae cum Anglicis, qui eorum in hastiludiali certamine strenuiores viderentur. Quod cum Rex cognovisset, favens parti comitis B (?), multorum corda Anglorum de nobilioribus et praestantioribus tam minis quam muneribus corrupta, coepit inclinare, ut alienigenarum pars praevaleret... Sic procurante Rege elaboratum est, quod... pars alienigenarum, imminente tempore torneamenti, fortior apparuit et numerosior. Quod Anglici nimis moleste ferentes, magnam contra talia machinantes indignationem conceperunt, Anglorum ignobilem flexibilitatem detestantes. Rex autem saniori fretus consilio, et poenitens se maluisse extraneos quam suos in martio ludo triumphasse, expeditissimum nuntium..... ad eos destinavit, ut infaustum torneamentum illud, jam per omnia usque ad congressum hostilem praeparatum, Regis literis prohiberet. »

(Matthaei Paris, *Historia Major*, p. 550).

DCLXV. — **De nuptiis Beatricis Petri de Sab. f.**

1241, 4 d. Decembris.

Aymo, dominus Fuciniaci, promittit Guigoni Delphino, comiti Viennensi et Albonensi, in uxorem Beatricem, filiam Agnetis filiae suae. ex Petro de Sabaudia, cum dote quinque millium marcharum argenti. Promittit quoque, quod si ipse Aymo et Petrus de Sabaudia decederent sine prole mascula, devolvere debeant hereditatis titulo dicto Guigoni terrae Fuciniaci ab Aymone possessae.

(E. R. Tab. Taurinensi. *Matrim. Princ. di Savoia,* Fasc. II).

DCLXVI. — **Aymo de Fuciniaco.**

1241, 4 d. Decembris.

Aymo Gebennensis episcopus, ecclesiastico supponit interdicto Aymonem de Fuciniaco et terram eius, si pactiones, quas fecit Guigoni Delphino Viennensi, non adtenderet. (*Ad nuptias cum Beatrice de Sabaudia spectant*).

(E. R. Tab. Taurinensi, *Archivio Camerale*).

DCLXVII. — **Amadeus IV et Petrus de Sab.**

1241, 13 d. Decembris. Sospelli.

Amedeus comes concedit Petro, fratri suo, ut acquirat de feudis ipsius comitis, et quae acquisierit vel acquireret, habeat in augumentum feudi sui.

(E. R. Tab. Taurinensi. *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 3).

DCLXVIII. — **Guigo comes et Beatrix de Sab.**

1242, Mense Januario.

Guigo Dalphinus dat fideiussores implendi matrimonii cum Beatrice filia Petri de Sabaudia, cum illa primum attingat annos pubertatis. Obsides dat et pignora, videlicet castra Buxeriae et Avalonis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Princ.* Fasc. II, n. 2).

DCLXIX. — **Gottofredus de Challant. Marcus de Bardo.**

1242, 21 d. Februarii.

Confoederatio Amedei comitis Sabaudiae cum Gottofredo de Challant et de Fenix, vice comite Vallis Augustanae, fratribusque eorum Aimonio ac Bosonino, spondentibus se laturos auxilium Amedeo comiti ad expugnationem castri Bardensis, quod tenebat Hugo de Bardo. Comes promittit Gottofredo et fratribus suis solvere quingentas marchas argenti, et concedere domino Marco de Bardo et nepotibus suis, filiis domini Aymonis, castrum de Sarro et totam terram, quam ipse Marco possidet a castro de Nus usque ad columnam Jovis, postquam castrum de Bardo habuerit, salva domo de Introd, quam comes debet tenere vel destruere, nec Marco possit aliquam turrim vel fortalitium construere in praedicto loco de Introd, vel alio loco a Nus superius, nisi de voluntate domini Gottofredi et fratrum suorum.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent.* Duc. d'Aosta, Fasc. I, n. 50. De Tillier, *Historique de la Vallée d'Aoste*, *Seigneuries*, pag. 13).

DCLXX. — **Cumbaviana**

1242, 2 d. Martii.

« *Istrumento di vendita fatta nell'anno* 1242 *da Ottone Falconerio, Sanchio e Pietro de Combaviana fratelli, della metà del castello, luogo, beni e giurisdizione di Combaviana per il prezzo di soldi* 33 *mila, monete di Susa, a Amedeo conte di Savoia e Thomaso conte di Fiandra, accettante e stipulante per i medesimi Giacomo abate di Susa.* »

(Ex Invent. Chart. Monast. S. Justi Segus. in R. Tab. Taurinensi adservato. Fasc. 12. Instrumentum deperditum videtur).

DCLXXI. — **Castrum Albonae.**

1242, mense Martio. Albonae.

Jacobus dom. Albonae tradit Petro de Sabaudia castrum suum de Albona, idque recipit in feudum, una cum c. libris. Jacobus fit homo Petri de Sabaudia, et spondet quod si plures habuerit filios, unus eorum fiat homo ligius ejusdem Petri.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Waudi*, Fasc. VI, n. 1).

DCLXXII. — **Guilelmus Sariod.**

1242, mense Junio. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia confirmat Guillermo Sariodi feudum, quod a comite tenet in valle Augusta, quodque illi de Rometon de Salins tenent pariter ab ipso comite in Tarantasia.

Testes: Guillelmus Bonivardi, Guido de Amasin, Anthonius de Avysio, Rodulphus Didier.

(E Tab. dominorum Sarriodi de Introd in valle Augustana, transcripsit P. C. Dezuzinge).

DCLXXIII. — **Guilelmus Sariod. Castrum Argenti.**

1242, mense Junio. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia concedit et confirmat Guillelmo Saryodi in augumentum feudi jus, quod ipse comes habet supra Castrum Argenti, et jurisdictionem intra vallem Augustae.

Testes: Guillelmus Bonivardus, Guigo de Amaysino, Anselmus de Avyso, Rodulphus Didier et plures alii.

(E Tab. Civ. Augustae transcripsit Canonicus Joan. Ant. Gal).

DCLXXIV. — **Nuptiae Sanciae.**

1242, 19 d. Julii. Apud Tharascon.

Petrus de Sabaudia, procurator constitutus a Richardo comite Cornubino per litteras datas apud Ponz die xxv maii, denuntiat Sanciae, filiae Raimundi Berengarii comitis Provinciae, Richardum illi se tradere in virum; Sancia respondet hanc denuntiationem approbare, recipere et confirmare.

Testes fuerunt Philippus Electus Valentinensis, P. Herfordensis episcopus et alii.

Raimundus notarius comitis Provinciae scripsit.

(E Tab. Praef. Massiliensis. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, p. 143).

DCLXXV. — **Richardi Com. Cornubiae nuptiae.**

1242, 19 d. Julii. Apud Tharascon.

Pactum matrimonii inter Richardum comitem Cornubiae et Sanctiam Raymundi Berengarii et Beatricis de Sabaudia filiam. Petrus de Sabaudia Richardi comitis procurator.

Inter Testes: Philippus Electus Valentinensis.

(E Tab. Praefecturae Massiliensis. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, pag. 148).

DCLXXVI. — **Bonifacius de Sab. Elec. Bellicensis.**

1242, 11 d. Augusti. Apud Malateriam de Nantuaco.

Bonifacius de Sabaudia Electus Bellicensis et Capitulum Bellicense ex una parte, et Stephanus de Villar ex altera compromittunt quamdam discordiam in quatuor milites, scilicet Martinum de Virieu, Humbertum de Seyssel, P. de Vassiliaco et Guidonem de la Chaux, et in Petrum de Sabaudia superarbitrum.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 4).

DCLXXVII. — **Castrum de Arlo.**

1242, 26 d. Augusti. Ante Arlo.

Conventio inter Willelmum comitem Gebennensem et Petrum de Sabaudia super castrum de Arlo. Comes Gebennensis Petro castrum tradit, quibusdam conditionibus adjectis.

(E. R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 4).

DCLXXVIII. — **Jacobus de Rupe. Hospit. S. Ursi.**

1242, mense Octobri.

Jacobus de Rupe donat hospitali S. Ursi sextam partem unius terrae de Pissina Sala et de Graneiron, ad rectum feudum, pro XII denariis de servitio annuatim reddendis, et pro duobus solidis de placito, quando acciderit.

Hoc laudat A. comes Sabaudiae, salvo iure alterius.

(E Tab. Cap. S. Ursi Augustensis. Transcripsit A. Duc Episc. Augustensis).

DCLXXIX. – **Domus Montis Jovis**.

1242, 9 d. Octobris. In civitate Augusta.

Cum domus Montis Jovis sit pauperum refrigerium et Summi Regis palatium, et eam et ceteras domos tam in valle Augusta, quam infra montes eidem subjectas, *Amedeus IV comes Sabaudiae* sub clipeo suae protectionis suscipit.

(E Tab. S. Bernardi. Gremaud, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Tom. I, Doc. 616, pag. 584).

DCLXXX. — **Maleficia bellica.**

1242, 16 d. Octobris. Gebennis.

Apocha Aymonis episcopi Gebennarum de emendatione Petri de Sabaudia pro damnis ab exercitu ipsius Petri illatis P. Capellano de Thorent. Solutae sunt quindecim librae Gebennenses.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waudi*, Fasc. I, n. 5).

DCLXXXI. — **Castrum de Bardo**.

1242, 29 d. Octobris. Apud Augustam.

Amedeus, comes Sabaudiae et in Italia marchio, ratione donationis et infeodationis tradit Thomae, comiti Flandriae, fratri suo, nomine gentilis et nobilis feudi, castrum de Bardo cum pedagio de Donas.

Conditio apponitur, quod Thomas castrum teneatur reddere, secundum quod consuetudo est in Valle Augustensi de castris, et reditibus, et tam pro castro Bardi, quam pro feudo, quod ab ipso Amedeo comite in Pedemonte possidet, ad homagium ligium teneatur. Deinde Comes Jacobum abbatem Secusiae, nomine praedicti Thomae, investivit etc.

Testes: Guido de Amasino, Thorencus et Gocellinus de Chambeureto, Rostanus de Rupecula, Villelmus Bonivardi de Chamberiaco.

Jacobus S. Imperii et comitis Sab. scriptor.

(E. R. Tab. Taurinensi, *Invent. duc. Aosta*, Fasc. I, St. Bard. I).

DCLXXXII. — **Margarita de Dampetra.**

1242, feria IV post festum omnium Sanctorum. Datum apud Quercetum

Margaritha domino de Dampetra Summum Pontificem rogat, ut donationem 6000 librarum astisiensium confirmet Thomae (de Sabaudia) comiti Flandriae et Hayn. a Johanna Flandriae et Hayn. comitissa ejus uxore factam, et a se ratam habitam.

(E R. Tab. Taurinensi. Inserta est in Bulla Innocentii IV, 3 d. Dec. 1243. de qua vide ad diem).

DCLXXXIII. — **Monasterium de Citeaux.**

1242, mense Novembri.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa monasterio « de Citeaux » sex libras annuas donant, supra reditus « de Quesnoy. »

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25.)

DCLXXXIV. — **De matrimonio Beatricis de Sab.**

1242, 6 d. Decembris.

Petrus de Sabaudia confirmat pactum, quo Aymo dominus Fuciniaci promiserat Beatricem filiam ipsius Petri cum Guigone Dalphino Viennensi et Albonensi, atque dat fidejussores fratres suos Amedeum comitem Sabaudiae, Thomam comitem Flandriae, Bonifacium Bellicensem et Philippum Valentinum Electos.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Princ. di Savoia*, **Fasc. II).**

DCLXXXV. — **Guigonis Delphini promissa.**

1242, 7 d. Decembris. Apud Buxeriam.

Guigo Dalphinus comes Viennensis et Albonensis mandat Odon Alamandi, ut faciat fidelitatem homagii ligii Petro de Sabaudia pro castris de Boissiere et de Avalon, usque ad consummationem matrimonii sui cum Beatrice filia praedicti Petri.

(E R. Tab. Taurinensi. ***Invent. Sab.*** **Fasc. I, n. 88).**

DCLXXXVI. — **Amadei IV Augustensi episcopo donatio.**

1242, 18 d. Decembris Ind. xv. Augustae.

Comes Sabaudiae et in Italia marchio Bonifacio Augustensi episcopo donat tantum de ripagio Bautegii, quantum necesse fuerit ad molendinum faciendum apud locum ubi dicitur Estanchi, conceditque facultatem ducendi aquam de Bautegio ad ipsum molendinum.

Testes: Humbertus de Saisso, Guido de Amasino, Villielmus Bonivart de Chamberiaco.

Jacobus S. Imperii et Comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E Tab. Epist. Augustae. *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1356).

DCLXXXVII. — **Consignamentum Gottofredi vice comitis Augustensis.**

1242, 19 d. Decembris. Ind. xv. Augustae.

Gottofredus vicecomes Augustensis et fratres sui Aymo et Boso confitentur se tenere in feudum ab Amedeo comite Sabaudiae vice comitatum, vice dompnatum, et mistraliam cum suis pertinentiis; item quintam partem omnium provenientium a summitate Montis Jovis usque helier, et assectamenta vallis Augustae, exceptis illis de Vaudagnia, de quibus dubitant; item debeant colligere illud quod Heremantii debent Comiti et ipsi debent conservare et corpus castri de Fenix a Bario usque ad Pontem de Limogii in podio et plano; item tenent quae sunt in terra ipsorum; item usurarios et adulteros, qui sunt in terra ipsa et posse; item quod possent domificare turrim in posse eorum, fortunas *(fodinas?)* et argenterias, banna, justitias, borgesiam de Chatillon, et castrum de Chatillon, et castrum de Rives, ubi burgum erat; item corpus castri de Villa, placita generalia de Donas, et Monjovet et Chatillon et Nuns, et osta castri Argentei, et Vaudagnii de septem anni semel; de illis de Verrex non sunt certi; et placita Vieranis, et vinum computatum ubicumque habent; item de hoc de cillam non sunt certi, si est de comite seu de episcopo vercellensi, exceptis bannis et justitiis, quae sunt de comite; item nemora nigra, aquas et rivagia, etc.; item apud Burgum de Monjoveto quatuordecim solidos et duos denarios et obolum, muref etc.; item tenet heremantios in posse Montisioveti et placita Vierans et illi de burgo debent esse

homines Comitis ligii, et debent cavalcatam et unum praeceptum apud, semel in anno, et alterum in Augusta, quod facit vice dompnus quando comes facit transitum ibi et sine armis; item marescalliam feni et paleae; item vice dominus debet administrare saporem in coquina et ligna ante comitem, et debet habere livram suam, sed non determinant si mistralis debet administrare mantilia et cyphos et cutellos, etc.

Actum in domo episcopi. Testes Guigo de Aimasins, Vullielmus Bonivardi, Tilbaudus de Podio Gauterio, Jacobus de Porta, Vullielmus de Arceto, Jaqueminus de Vallesia et plures alii.

Jacobus Barberius S. Pal. et Com. Sab. notarius scripsit.

(*Recueil de Franchises, Privilèges du duché d'Aoste.* MS. extat apud A. Duc. epis. Augustensem. Exemplum a Consilio Ludovici ducis Sabaudiae Chamberii residente recognitum et summa cura collatum fuit (quo anno ex confirmatione adjuncta non liquet), petitione Francisci de Challant condomini Uselli et Sancti Marcelli. Confirmatio Consilii memorat « *Petrum Pingonis Ducalem Secrettarium et Curiae nostrae vice scribam* »).

DCLXXXVIII. — **Largitio Angliae regis.**

1242.

Henrici III Angliae regis litteræ infeodationis Petro de Sabaudia factae, manierorum, mercatorum et feriarum de Bovves in comitatu Eboracensi, et de Cesterhunte in comitatu Herst.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, Probationes,* pag. 90, Doc. 161).

DCLXXXIX. — **Johanna comitissa Flandriae.**

1242.

Johanna Flandriae et Hanoniae, comitissa Summum Pontificem rogat, ut donationem 6000 librarum astisiensium, confirmet, quam, consentiente sorore sua, fecit marito suo Thomae (de Sabaudia) comiti Flandriae et Hayn. percipiendarum post mortem suam quamdiu idem Thomas vixerit.

(E R. Tab. Taurinensi, Inserta est in Bulla Innocentii IV, 8 d. Dec. 1248, de qua vide ad diem).

DCXC. — **Confirmatio privilegiorum.**

1242.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa privilegia a Philippo de Alsasia concessa confirmant.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25).

DCXCI. — **Monasterium Bonae Spei.**

1243.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa quandam venditionem monasterii Bonae Spei confirmant.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25).

DCXCII. — **Canonici S. Mariae Augustensis.**

1243, 1 d. Januarii. Ind. i. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio accipit in garda sua et custodia canonicos Ecclesiae S. Mariae Augustensis, eorum res, possessiones et homines, praecipitque castellanis suis et specialiter castellano Castri Argentei, quod ipsos canonicos defendat sicuti personam suam. Si quis vero eos offendat, iram comitis et poenam centum marcharum argenti incurrat.

(E Tab. Cap. Cath. Augustae. Transcripsit A. Duc epis. Augustensis).

DCXCIII. — **Guido de Avisio.**

1243, 5 d. Januarii. Apud Moriacium.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio Guidoni de Avisio et suis consortibus, scilicet Theobaldo, Anselmo, Petro et Aymoneto filiis domini Petri, Guidoni dicto de Mer, et Anselmetio filio q. Aimonis confirmat banna, justitias, merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem in feudis, quae ab ipso comite tenent.

(E Tab. Communis Cervier in Valle Augustana, transcripsit P. C. Dezuzinge).

DCXCIV. — **Aymo de Compey.**

1248, 8 d. Januarii. Burdegalae.

Henricus III rex Angliae Aymonem de Compey admonet, ut sit memor colloquii ipsorum in praesentia Petri de Sabaudia habiti, properetque ad exequenda sibi mandata.

(**Rymer**, ***Acta publica***, **I, p. I, p. 146**).

DCXCV. — **Venditio Monasterio de Marchiennes facta.**

1248, mense Februario.

Episcopus Leodensis venditionem « de Fenaing », quam Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa monasterio « de Marchiennes » fecerant, confirmat.

(**Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25**).

DCXCVI. — **De Ecclesia Condatis.**

1248, mense Februario.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa supra sacros reditus ecclesiae Condatis decernunt.

(**Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25**).

DCXCVII. — **Abbas S. Mariae de Pinarolio.**

1248, die Veneris secundo exeunte Febr. Ind. I.

Albanus abbas monasterii S. Mariae de Pignerolio, de consensu Anselmi prioris praedicti monasterii, Milonis, Bartholomaei et Johannis prioris ecclesiae S. Petri, praefati monasterii monachorum, dedit Amedeo comiti Sabaudiae et in Italia marchioni omnia jura et dominia quae dictus abbas et monasterium habebant vel habere debebant in Pinarolio et in hominibus existentibus in dicto loco, et specialiter fidelitates et homagia, quae dicto abbati et monasterio debebant; re-

tinendo tamen in se medietatem furnorum, molendinorum et quod possit ponere bannum illis, qui tenent ab ipso, ad recuperandum sua debita atque ficta.

Item Amedeus comes, de voluntate et consensu fratris sui Thomae comitis Flandriae et Hainaut, dedit abbati et monasterio, quod possit boscheare in nemoribus Miradolii, ubi homines dicti loci boscheabant. Item concessit, ut omnes bestiae bovinae monasterii habeant transitum per totum comitatum sine aliqua exactione pedagii, et dictae bestiae bovinae habeant pascherium per totum comitatum. Item comes faciet jurare homines Pinarolii praedicto abbati salvare omnia jura monasterii. Item Amedeus comes, de voluntate fratris sui Thomae, dedit solidos centum et quinque secusinorum novorum, quos dabant homines monasterii de Valle, nomine movimenti, abbati et monasterio isto. Inde plura istrumenta fieri praeceperunt ad consilium Jacobi abbatis Secuxiae et Viberti castellani Avillianae ibidem praesentium.

Testes: Dominus Callia de Gorzano, dominus Rufinus ejus frater, Guigo de Maisinio, Jacobus de Tortona, Vulliermus Bonivardus, Patronus de Lucerna et alii.

Bovetus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cartario*, 222, fol. 92. Transcripsit PHIL. SARACENUS).

DCXCVIII. — **Mandatum hominibus Pinarolii.**

1248, die Veneris secundo exeunte Febr. Ind. I.

In ecclesia S. Nicolai de Cumbaviana.

Albanus abbas monasterii Pinarolii notum facit universis hominibus Pinarolii, quod, consensu et voluntate conventus jamdicti monasterii, dedit et concessit Amedeo comiti Sabaudiae fidelitatem et homagia omnium hominum Pinarolii, qui sibi fidelitate et homagio tenebantur, et sicut tenebantur. Praecipit eisdem, ut dicto domino comiti vel cuicumque jusserit, fidelitatem ligiam faciant, et ipsi comiti tamquam suo domino debeant de cetero in omnibus obedire.

Testes: Jacobus abbas Secuxiae, dominus Callia de Gorzano, Rufinus frater ejus, Guigo de Maisinio, Jacobus de Tortona, Vulliermus Bonivardus, Ubertus castellanus Avillianae et alii.

Bovetus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cartario* 222, fol. 92. Transcripsit PHILIPPUS SARACENUS).

DCXCIX. — **Aleonara Angliae regina.**

1248, 17 d. Augusti. Burdegalae.

Henricus III rex Angliae Alienorae Reginae suae confirmat dotem et sustentationem, quibus post mortem ipsius regis fruatur.

Testis: Philippus de Sabaudia procurator ecclesiae Valentinae, et plures alii.

(Rymer, *Acta Pub.* I, p. I, pag. 147).

DCC. — **Otto de Fulgure dom. Scalenghe.**

1248, 31 d. Augusti. Ind. I. Vigoni.

Otto de Fulgure Thomae (de Sabaudia) Flandriae et Hayenocie comiti donat tres partes castri, villae et hominum et territorii Scalenghe, et Thomas ipsum Ottonem de praedictis omnibus investit in nobile et gentile feudum.

Testes: Gual. Gratapallea, Ubertus castellanus Avillianae, Nicholaus de Brenez, Richardus de Lucerna, Belengerius de Lucerna, Belengirius de Romagnano, et Constantius judex.

Bovetus notarius scripsit. Boninus notarius Palatii hanc cartam, quam Bovetus notarius abreviavit, et praeventu mortis complere nequivit, auctoritate dominae B. (?) domini Thomae de Sabaudia, comitis, relictae complevit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Titoli e scritture de' feudi dei Conti di Piossasco e di Scalenghe*, Fasc. I, n. 1, *Hist. Patr. Mon.* Chart. I, col. 1358; praeterea, Chart. II, col 1430).

DCCI. — **Bonifacius de Sabaudia Archiepiscopus Cantuariensis.**

1248, 17 d. Septembris. Anagniae.

Innocentius IV P. M. electionem Bonifacii de Sabaudia, procuratoris Bellicensis Ecclesiae, in Pontificem Cantuariensem a priore et conventu Cantuariensibus factam auctoritate apostolica confirmat.

Datum Anagniae xv kal Oct., anno primo.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 116, Vol. I, p. 23 Paris, 1884, *Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome*).

DCCII. — **Innocentius IV regi Angliae.**

1248, 17 d. Septembris. Anagniae.

Nuntiat regi Angliae electionem Bonifacii Bellicensis episcopi in Archiepiscopum Cantuariensem.

(Berger, *Registre d'Innocent IV*, Doc. 117. Loc. cit.).

DCCIII. — **Innocentius IV populo civitatis et Dioecesis Cantuariensis.**

1248, 17 d. Septembris. Anagniae.

Innocentius IV populo civitatis et dioecesis Cantuariensis Bonifacium Archiepiscopum electum commendat.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 118, Loc. cit.).

DCCIV. — **Innocentius IV Bonifacio de Sabaudia Archiep. Cant.**

1248, 17 d. Septembris. Anagniae.

Statuit, ut per aliquem suffraganeorum Cantuariensis ecclesiae ad diaconatus et presbyteratus ordines valeat promoveri.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 119. Loc. cit.).

DCCV. — **Monasterium de Marke.**

1248, mense Novembri.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa venditionem a monasterio « de Marke, » ecclesiae Sanctae Pharaildae Gandavensi factam, confirmant.

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 25).

DCCVI. — **Johanna Comitissa Flandriae.**

1248, 8 d. Decembris. Laterani.

Innocentius IV P. M. confirmat donationem annui reditus 6000 librarum astisiensium, quam Johanna comitissa Flandriae, consentiente

sorore Margaritha, domina de Dampetra, fecerat marito suo Thomae (de Sabaudia) comiti Flandriae.

(E R. Tab Taurinensi. *M. H. P.* Chart. I, col. 1860).

DCCVII. — **Innocentius IV Thomae de Sabaudia comiti Flandriae.**

1248, 10 d. Decembris. Laterani.

Indulget, ut nullus delegatus seu subdelegatus vel etiam executor in personam Thomae de Sabaudia comitis Flandriae, vel Johannae comitissae Flandrensis uxoris ejus, nec non in terras ejus interdicti vel excommunicationis sententias valeat promulgare absque licentia Sedis Apostolicae speciali.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 814, Vol. 1, pag. 56).

DCCVIII. — **De Ecclesia Augustensi.**

1248, 18 d. Decembris. Laterani.

Innocentius IV Amadeo comiti Sabaudiae, A. praeposito et procuratori eccl. Augustensis, capitulo et clero civitatis et dioecesis, militibus et populo, atque Archiepiscopo Tarantasiensi.

Augustensis ecclesia, quae pastoris caret solatio in medio nationis perversae posita, usque adeo per vicinorum malitiam et potentiam est concussa adactaque ad tantam paupertatem, quod nisi per aliquam in partibus illis potentis ac sapientis providentiam et sollicitudinem celeri remedio succurratur eidem, vix adiiciet, ut resurgat.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 341, Vol. I, p. 60).

DCCIX. — **Margarita Com. Thomae relicta.**

1244, 4 d. Januarii. Apud Petram Castelli.

M. (*Margarita*) comitissa Sabaudiae et marchionissa in Italia, dat Thomae comiti Flandriae et Hannoniae, filio suo, jura et possessiones omnes, quas habet apud S. Genisium in castro et mandamento, praesente et consentiente Amedeo filio suo primogenito, qui etiam cedit dicto Thomae patri suo omnia jura in dicto castro et mandamento

ad se ipsum spectantia. Comitissa investivit de rebus cessis Hugonem de Amayzino, procuratorem et nuntium dicti Thomae absentis.

Testes: Will. Bonnivard, P. de Cano de Rumilly, P. Ruffin de Belliccio.

Willelmus notarius S. Palatii et comitis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Principi del sangue*, Fasc. I, n. 2. Vide Pingonium, 805).

DCCX. — **Castrum de Bioley.**

1244, 2 d. Februarii. Apud Meudunum.

Willelmus de Bioley impignorat Petro de Sabaudia castrum suum de Bioley cum aliis terris pro mille et sexcentis et quatuor libris lausannensibus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.*, Fasc. 4, n. 69).

DCCXI. — **David Capellanus Amadei IV.**

1244, 10 d. Februarii. Lugduni.

Innocentius IV Davidi, Capellano nobilis viri comitis Sabaudiae, rectori ecclesiae de Latuelle Gratianopolitanae dioecesis, concedit licentiam retinendi ecclesias de Latuelle et de Iarzie, quarum reditus valorem viginti quinque librarum usualis monetae annis singulis non excedunt.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 981, Vol. I, p. 159).

DCCXII. — **Bonifacius de Sabaudia Archiep. Cantuariensis.**

1244, 2 d. Aprilis. Laterani.

Innocentius IV nuntiat Bonifacio de Sabaudia electo Archiep. Cantuariensi se illi pallium per Hugonem, fratrum praedicatorum in Francia provincialem, et Stephanum superiorem Cantuariensem capellanum suum, praesentium latores destinare, quod ipsi episcopus Herefordensis una cum duobus nuntiis assignaturus est.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 585, Vol. I, p. 101).

DCCXIII. — **Milites Templi.**

1244, mense Aprili.

Thomas de Sabaudia comes Flandriae et Johanna comitissa donationem ab Arnoldo de Laudas, domino « d'Esne », militibus Templi factam confirmat.

(REIFFENBERG, Loc. cit. pag. 25).

DCCXIV. — **Margaritha de Sab. Com. de Kyburg.**

1244, 25 d. Aprilis. Herbolzeihm.

Berchtoldus episcopus Argentinensis confirmat donationes Hartmanni Senioris comitis de Kyburg, factas Margarithae comitissae, uxori suae, bonorum, quae tenet nomine feudi ab ecclesia Argentina.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Principi*, Fasc. I, n. 12).

DCCXV. — **Domus parvi S. Bernardi.**

1244, 5 d. Maii. Ind. II. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio accipit in garda sua et protectione religiosam domum Columpnae Jovis, praecipitque castellanis et mistralibus suis, quod ipsam domum cum omnibus rebus ejus manuteneant et defendant. Et hoc vult in foris et ecclesiis publice publicari.

(E Tab. Hospit. S. Ord. Mauritiani Augentensis).

DCCXVI. — **Comes de Grueria.**

1244, 9 d. Maii.

Homagium Rodulphi comitis de Grueria Petro de Sabaudia factum. Petrus de mera liberalitate sua dictum castrum Willelmo Rodulphi filio in feudum confert, quibusdam conditionibus adjectis.

(WURSTEMBERGER, *Petri II Hist. Prob.*, pag. 98, Doc. 174).

DCCXVII — **Domus eleemosynaria de Aquis.**

1244, 26 d. Maii. Laterani.

Innocentius IV domum eleemosynariam, quam Beatrix de Sabaudia comitissa Provinciae propriis sumptibus ad opus infirmorum et pauperum aedificavit, in jus et proprietatem Ecclesiae Romanae suscipit.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 716, Vol. I, p. 122).

DCCXVIII. — **Ecclesia Rotundi Montis.**

1244, 26 d. Maii. Apud Viveys.

Johannes Electus Lausannensis confert licentiam Petro de Sabaudia, aedificandi et dotandi Ecclesiam in Rotundo Monte, sub reservatione juris patronatus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 46).

DCCXIX. — **Domus fortis de Sartines.**

1244, 27 d. Maii. Apud Viveis.

Johannes Electus Lausannensis spondet se nullum interpositurum esse impedimentum Petro de Sabaudia, quin intret quandocumque sibi placuerit, domum fortem de Sartines.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 45).

DCCXX. — **Pax inter Amadeum IV et Lausannensem Electum.**

1244, 29 d. Maii. Aquiani.

Pax inter Johannem Electum Lausannensem, et Amedeum comitem Sabaudiae et in Italia marchionem ejusque fratrem Petrum de Sabaudia, mediantibus Petro de Granczon, Humberto de Vernay, Guillelmo Thesaurario Lausannensi, Uldrico de Vipens et Amedeo de Montefalcone. Definiuntur jura super Romont, Bossens, Estevayn, Meudunum, Locens, Monz.

(E R. Tab. Taurinensi. *Hist. Pat. Mon.* Chart. II, col. 1447).

DCCXXI. — **Electus Lausannensis.**

1244, 29 d. Maii. Actum Aquiani.

Johannes de Cossonay electus Lausannensis et Amedeus dominus Montisfalconis, spondent Petro de Sabaudia dominum de Cossonay servaturum fore fidelitatem factam praedicto Petro. Quod tamen obligat personam suam, sed nullo modo successores suos in cathedra Lausannensi.

(E R. Tab Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 52. Johannes de Cossonay nominatus non est in instrumento. Wurstemberger, *Petri II Hist. Prob.* Doc. 178).

DCCXXII. — **De locis interdictis.**

1244, I d. Junii. Lugduni.

Innocentius IV P. M. Petro de Sabaudia concedit, ut missas in loco interdicto suppositis audiat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle Papali,* Fasc. I, n. 6.

DCCXXIII. — **Castrum S. Martini.**

1244, 24 d. Junii.

Ricardus de S. Martino cedit Petro de Sabaudia castrum de S. Martino, cum villis de Chasnes et Chavannes, et cum septem hominibus in Cronay, et haec omnia a Petro in feudum recipit sub fide homagii.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Petri II Historia, Probationes,* pag. 102, Doc. 179).

DCCXXIV — **Petrus de Sab. arbiter.**

1244, die Lunae ante festum b. m. Magdalenae (18 d. Julii). Apud Montem Rotundum.

Willielmus, Nicholaus de Fruencia milites et Henricus decanus Lausannensis fratres ex una parte, Henricus de Chavent, Petrus de Grancon, R. de Orons, illi de Friburgo et de Payerno, aliique ex altera parte, promittunt stare ad arbitrium et voluntatem Petri de Sabaudia super quibusdam offensis et querelis, de quibus convenire petierunt.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 1447).

DCCXXV. — **Castrum de Chastel.**

1244, die Lunae ante festum b. m. Magdalenae (18 d. Julii). Apud Rotundum Montem.

Willelmus et Nicolaus de Fruentia, et Henricus decanus ecclesiae Lausannensis, composita pace cum Petro de Granzon et Henrico de Chavenz, mediante Petro de Sabaudia, donant eidem Petro castrum de Chastel et quidquid habebant in valle de Fruencia vel de Senenge. Deinde Petrus de Sabaudia illa omnia in feudum concedit Jordano dicti Willelmi filio, qui homagium facit Petro absolutum; Willelmus vero de Fruentia facit homagium, reservata fidelitate debita comiti Gebennensi, et Nicholaus salva fidelitate debito domino de Blonay.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Petri II Hist. Prob.*, p. 102, Doc. 181).

DCCXXVI. — **Henrici Com. Luxemburgi Sententia.**

1244, mense Septembri.

Sententia Henrici comitis Luxemburgi, qua terrae « de Crévecœur et de Arlenx, » una cum M marchis argenti, adjudicantur Thomae de Sabaudia comiti Flandriae et Johannae comitissae, pro damnis sibi illatis a Matthaeo domino de Montmirail. Interfuerunt Walterius de Ligne, Baudricus de Reisin, Walterius de Bousies, Hugo de Rumigny Gilles de Berlaimont, Willielmus de Haussi etc.

(Reiffenberg, Loc, cit. pag. 25).

DCCXXVII. — **Hospitium Insularum.**

1244,

Donatio a Thoma de Sabaudia comite Flandriae et Johanna comitissa facta Hospitali Insularum.

(Reiffenberg, Loc. pag. 25).

DCCXXVIII. — **Turris Guilelmi Sariodi.**

1244, 29 d. Septembris. Ind. IV. Chamberiaci.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia notum facit concessisse Guillelmo Sariodi aedificandi turrim sive domum in loco qui

dicitur Sarioth, et sublimandi atque merlificandi turrim, quam habet apud castrum Argentum ad libitum suum.

Testes: Humbertus de Saisello, Sibodus Rubeus, milites; Andreas Chabodi et plures alii.

(E Tab. Dom. Sariodi de la Tour transcripsit Can. Io. A Gal).

DCCXXIX. — **Civitas Taurinensis.**

1244.

Taurinenses se submiserunt Comiti Sabaudiae.

(Chronicon vetus Cherii. Cibrario, *Storia di Chieri*, II, p. 354).

DCCXXX. — **Monasterium de Marquette**

1244, mense Decembri.

Donatio a Thoma de Sabaudia comite Flandriae et Johanna comitissa facta monasterio « De Marquette. »

(Reiffenberg, Loc. cit. pag. 26).

DCCXXXI. — **Ob. Johannae Com. Flandriae et Hannoniae.**

1244, 5 d. Decembris.

Obiit Johanna comitissa Flandriae et Hanoniae uxor Thomae de Sabaudia comitis.

(Thomas de Sabaudia comes Flandrensis (ait Jacobus de Guyse), jura et libertates civitatum « magnifice defensavit. » « Gratus erat Flandris, (inquit Meyer) totoque suo tempore in principatus administratione strenuus et fidelis. (*Annales*. fol. 74). » « Strenuum Flandrisque gratum » eum Marcantius testatur. V. Reiffenberg. *Les relations entre la Belgique et la Savoye*, loc. cit. pag. 9, qui addit:

« Le comte Thomas scellait ses chartes et lettres de plusieurs sceaux différents avec contrescel. En Flandre il scellait à cheval et aux armes de Flandre. Les priviléges qu'il donna aux habitants de Chahors an 1248 sont scellés ainsi

« Mais il paraît en Hainaut il pressait la croix de Savoie, à laquelle les Comtes de sa Maison préféraient alors un aigle éployé, car nous lisons dans Jacques de Guyse: « *et primo ordinavit, ad sui nominis memoriam sigillum armis propriis insignitum cum cruce, in castro et villa Montensi, quod usque ad moderna permanet tempora.* » M. Lacroix, archiviste de la ville de Mons et de la province de Hainaut... m'a affirmé que le sceau n'existe plus.

« Devenu veuf (le Comte Thomas) il changea l'inscription de son sceau, où il se contenta de graver *Sigillum Thomae de Sabaudia*, et substitua dans le contrescel

le lion de Flandre au chevalier armé avec ces mots: *Secretum meum*. Dans les portraits des Comtes de Flandre de Corneille Martin, il porte sur son bouclier non pas la croix, ni le lion, mais l'aigle. »

(V. in Append. Excursum nostrum, cui titulus: *La Croce Bianca di Savoia)*.

DCCXXXII. — **Caecilia de Baucio Com. Sab.**

1244, 24 d. Decembris.

Recognitio Amedei comitis Sabaudiae, facta Barallo de Baucio socero suo, assignationis dotis filiae ejus, et uxoris ipsius Amedei.

(E R. Tab. Taurinensi. *Matrim. Princ.*, Fasc. II, n. 2).

DCCXXXIII. — **De Caecilia de Baucio.**

1244, 24 d. decembris.

Obligatio Amedei comitis erga Barralem dominum Baucii socerum suum, cum stipulationibus quibusdam in gratiam Caeciliae, comitissae Sabaudiae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.*, Fasc. II, Chambéry, n. 5).

DCCXXXIV. — **Thomas de Sabaudia et Innocentius IV.**

1245, 6 d. Feb. Lugduni.

Innocentius IV P. M. Gregorio de Montelongo, sub. et notario suo Apostolicae sedis legato, Thomam de Sabaudia comitem, terras et homines suos commendat, mandatque ut ei favoris et auxilii dexteram porrigat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi, Innoc. IV*, Fasc. I, n. 2 *M. H. P.* Chart. I, col. 1372).

DCCXXXV. — **Innocentius IV Thomam. de Sab. Mediolanensibus commendat.**

1245, 6 d. Feb. Lugduni.

Innocentius IV P. M. potestati et populo Mediolanensi Thomam de Sabaudia comitem commendat, rogatque ut ab omni offensione ejusdem terras et homines se penitus alienos reddant, eique auxilii dexteram porrigant.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi, Inn. IV*, Fasc. I, n. 3. *M. H. P.* Chart. I, col. 1373).

DCCXXXVI. — **Thomas de Sab. dominus Pedemontis.**

1245, 18 d. Februarii. Belliei.

Rescriptum Amedei comitis Sabaudiae et marchionis in Italia, quo traditur Thomae fratri suo, quondam comiti Flandriae, terra ipsius Amedei de Pedemontio cum omni jurisdictione et jure consilii, superioritate vero semper sibi reservata.

(Pingonius, Zibaldone M. S. fol. 808. In R. Tab. Taurinensi adservatur).

DCCXXXVII. — **De quodam mutuo Comitis Sabaudiae.**

1245, ... kal. Martii. Lugduni.

Innocentius IV P. M. petitionibus comitis Sabaudiae annuens indulget, ut mille libras de pecunia, quam olim in monasterio Altaecumbae deposuerat, et abbas ejusdem monasterii comiti mutuo dederat, solvere non teneatur.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi Inn. IV*, Fasc. I, n. 8).

DCCXXXVIII. — **Castrum Argentei. G. Sarriod.**

1245, II d. Martii. Apud Ruppeculam.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio in augumentum feudi donat Guillelmo Sarriod quaedam bona sita subtus castrum Argentei in loco qui dicitur Chavonex et in valle Savarenchia.

Testes: ..... de Ruppecula, Vuillermus miles de Cortion ... Ruppecula.

Jacobus (*comitis*) Sabaudiae notarius scripsit.

(E Tab. Dominorum Sarriodi de Introd transcripsit p. C. Dezuzinge).

DCCXXXIX. — **De successione Hanoniae.**

1245, I. d. Aprilis.

Praepositus, Decanus et Capitulum Leodense Friderico Romanorum imperatori supplicant ut, cum terra Hanoniae post obitum Johannae comitissae Flandriae, Thomae de Sabaudia comiti Flandriae sponsae,

absque herede de corpore suo de medio sublatae, ad ecclesiam Leodensem de consuetudine devoluta sit, Margaritha vero domina de Dampetra soror ejus eamdem terram contra jus imperii et ecclesiae Leodensis invaserit, ipse imperator providere dignetur, ne consuetudo imperii adeo generalis et hactenus viriliter observata per unam feminam nullatenus infringatur.

(E Tab. dicto *Archive de l'État* apud Leodium. Huillard - Bréholles, *Hist. Dip. Friderici II*, Tom. VI, P. I, pag. 268).

DCCXL. — **Praeda Montis Scalerii.**

1245, 29 d. Aprilis. Ind. III. Astae.

Jacobus Zacius Astensis potestas, nomine Communis Astensis praecipit Jacobo de Fossato Iudici, ut dicat Thomae de Sabaudia comiti, praesente fratre suo comite Amedeo et Bonefacio marchione Montis Ferrati, quatenus ipse Thomas restituere debeat communi et hominibus Montiscalerii praedam ablatam per homines suos, eo quod capta fuit sub fiducia per abbatem Secusiae b. m. vicarium ipsius domini Thomae, et per dominum Qualiam de Gorzano b. m. data Guillelmo Cani et aliis quamplurimis sapientibus civitatis Astensis.

Actum per voluntatem credendariorum primae et secundae credentiae et rectorum societatum, in consilio secreto Communis, praesentibus ambaxatoribus Montiscalerii ..... in ..... ubi consilia celebrantur.

Testes: Guido de S. Mustiola judex potestatis, Cursus Sedacius judex rectoris, et Berardo de Solario clavarius.

Germanus Musa notarius palatinus scripsit.

(E membrana archetypa Tab. Montiscalerii. Codex Astensis de Malabayla, Vol. IV, pag. 88, Doc. 1016).

DCCXLI. — **Jurisdictio S. Justi in valle Secusiensi.**

1245, 26 d. Maii. Ind. III. Secusiae.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia, petente Jacobo abbate Secusiae, confitetur dictum abbatem et monasterium habere in homines suos et vallis totaliter jurisdictionem et imperium, servato more Secusiensium, excepta cavalcata, quae comiti a Secusiensibus debetur, et in milite imperando, in commeatu et in nonnullis tributis exigendis terminos propriae potestati ponit.

Testes: Davit Avillaniae castellanus, Guigo de Fabricis, Petrus de Erlingo, Pontius de Ulgino.

Petrus Peponerius notarius scripsit.

(E Tab. Civ. Secusiae. *Hist. Patr. Mon.* Leges Municipales, I, col. 13; iterum, Chart. II, col. 1454).

DCCXLII. — **De Thoma de Sab. domino Pedemontis.**

1245, 16 d. Julii. Apud S. Antonium Ranversi.

Iterata charta Amedei comitis Sabaudiae, tradentis Thomae, fratri suo, terram suam cis montes Avillianam in partibus Pedemontis, cum omni jure consilii et jurisdictione, superioritate sibi reservata; adjuncto litteris istis mandato ad omnes subditos comitis in terra Pedemontii, ut Thomam agnoscant dominum suum.

(Pingonius, Zibaldone, fol. 308. In R. Tab. Taurinensi adservatur. Durandi, *Piemonte Traspadano,* P. I, pag. 102. Teste Durandio, hoc est primum documentum viris eruditis notum, in quo nomen Pedemontis legitur. Sed vide Doc. DLXII, DCLXXIX, DCCXXXIV 18 nov. 1235, 29 Oct. 1242 et 18 Februarii, 1245).

DCCXLIII. — **Thomas de Sab. Teobaldo Navariae regi.**

1245, 15 d. Augusti. Neufchatel Fourtine.

« A Tiebaut Roi de Navarre et comte Palatin, de Brie et de Champagne Thomas comte de Flandre et de Hanau salut. — Il lui envoict son clerc maistre Robert Anretil, porteor de ces presentes letres et le prie de le croire de paroles qu' il lui dira de sa part nomeement entor la besogne del descort entre le Roi d'Engleterre et lui Tiebaut, et de faire rendre la novelle prise que les Barons Anglais ont faite etc. »

(Guichenon, *Hist. Gen. Preuves* p. 91).

DCCXLIV. — **Beatrix de Sabaudia Com. Provinciae.**

1245, 12 d. Septembris.

Jerissolus bajolus civitatis Aquensis promittit Beatrici (*de Sabaudia*) comitissae et marchionissae Provinciae et comitissae Folqualcherii personam, terram et reditus ejus ab omnibus hominibus, principibus, baronibus, comunitatibus defendere et tueri.

(E Tab. provinciae Massiliensis *Hist. Patr. Mon.* Chart. II, col. 1455).

DCCXLV. — **Beatrix de Sab. Com. Provinciae.**

1245, 28 d. Septembris. Lugduni (anno Pont. III).

Innocentii IV P. M. litterae consolatoriae Beatrici de Sabaudia comitissae Provinciae, de obitu conjugis ejus Raymundi Berengarii comitis Provinciae et Forcalquerii.

(CIBRARIO et PROMIS, *Doc. Sig. Mon.* pag. 148).

DCCXLVI. — **Castrum Ripularum.**

1245, mense Septembri. Ind. IV. Parmae.

Fridericus II imperator Amedeo comiti Sabaudiae et consanguineo suo castrum Ripularum, quod ad Amedeum pertinet jure comitatus quem ab Imperio tenet, se restituturum promittit statim ac aliquo modo ad manus suas pervenerit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dip. Imperiali,* Fasc. I, n. I, *M. H. P.* Chart. I, col. 1378).

DCCXLVII. — **Guilelmus Sarriod.**

1245, I d. Octobris. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia in augumentum feudi concedit Guilliermo Sariodi de castro Argenteo omnia quae emere poterit in tota castellania et potestate castri Argentei et S. Petri.

Testes: Guilliermus Bonivardi, Guillermus de Vileta, Rodulphus Diderii de Ayma, Vulliermus Grassi de valle Digna et plures alii.

(E Tab. Domin. Sarriodi de Introd).

DCCXLVIII. — **Eccl. S. Mauritii Agaun. privilegium.**

1245, 20 d. Octobris.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia ecclesiae Agaunensi potestatem conficiendi cartas seu publica instrumenta confirmat.

(E tab. S. Mauritii. Agaun. Edid. CIBRARIO et PROMIS, *Doc. Sig. Mon.* pag. 146).

DCCXLIX. — **Beatrix de Alingiis.**

1245, 29 d. Novembris. Agauni.

Abbas et Capitulum ecclesiae Agaunensis notum faciunt Beatricem relictam Henrici de Alingiis cum filiis suis Willelmo et Hugone accepisse in feudum a Petro de Sabaudia tria jugera terrae lacui contigua, ubi extat domus fortis dicta Forons, cum sylva dicta Coudra.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.*, Fasc. I, Alinges, n. 1).

DCCL. — **Mandata regis Angliae.**

1245.

Mandatum Henrici Angliae regis, quod feudatarii et homines honoris Richemudiae obedientiam praestare debeant Petro de Sabaudia, in omnibus servitiis, quibus illi obbligati essent dicto Petro.

(Wurstemberger, *Petri II Hist. Probationes*, pag. 105, Doc. 190).

DCCLI. — **Homagium Amadei IV regi Angliae.**

1246, 16 d. Januarii. Apud Westmonasterium.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia Henrico III Angliae regi homagium facit pro castro Avyllon (*sic*) et villa Secusiae cum palatio et castro de Bardi et villa S. Mauritii in Chablasio, a rege in feudum tenendis; pro quo homagio habebit M libras bonorum sterlingorum, percipiendas London.

Praeterea comes in perpetuum accipit pro dicto homagio annuum feudum ducentarum marcarum bonorum sterlingorum singulis annis in festo S. Michaelis.

Denique rex promittit, quod unam filiarum comitis, quam ad regem destinare voluerit in Angliam, maritare faciet, vel Johanni de Warena, qui, si vixerit, comes erit Warennae, vel Edmundo de Lacy, qui si vixerit, comes erit Lincolniae; quorum maritagium ad regem pertinet.

(Conventio in tria diplomata digesta est. Rymer, *Acta publica*, I, P. I, 155; Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 106, Doc. 191).

DCCLII. — **Amadeus IV arbiter.**

1246, 26 d. Januarii. Ind. v. Apud Ciriacum, in domo Marchionis Montisferrati.

Compositio et arbitrium Amedei comitis Sabaudiae, in Italia marchionis inter Fridericum imperatorem et Bonifacium marchionem Montisferrati. Bonifacius Hentio Sardiniae regi et Sacri Imperii in Italia legato, imperatoris filio, contra imperii rebelles auxilia promittit, quae ad voluntatem Guidonis Marruchi de Papia capitanei et potestatis Clavassi stare debebunt. Idem promittit marchio Saluciarum. Et hoc observabunt et facient, donec guerra duraverit inter Imperatorem et rebelles imperii Lombardiae.

Praesentibus Thoma de Sabaudia comite, Pesevallo de Plozasco Raimundo de Busca, Uberto marchione Pelavicino, Ricardo Philangerio, Martino de Rivollo, Arnaldo de Laneriis et alii.

Rodulfus de Podiobuingo scriba et notarius scripsit.

(E R. Tab Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 1458).

DCCLIII. — **Castrum Podii Oddonis apud Pinarolium.**

1246, 31 d. Januarii. Ind. iv.

Thomas de Sabaudia comes et Albuinus (?) abbas monasterii S. Mariae de Pinerolio eorum quaerimonias et discordias super castrum Podii Oddonis, totam vallem Clusonis et domum castri Pinerolii amicis compositoribus et arbitris committunt. Qui arbitrati sunt:

Comes habeat castrum Podii Oddonis et omnia banna totius vallis Clusonis a ponte vetere usque ad fontem Flequeni (?) et pontem Sisterniae, et ad fines vallis S. Martini, cum jurisdictione omnium causarum, pace et guerra et pleno utili in tota valle, nec non domum in Podio Oddonis juxta S. Henesium, medietatem omnium successionum rerum mobilium, medietatem totius taliae dictae vallis, facultatem emendi ad opus castri Podii Oddonis viginti quatuor sapraturas vinearum sine tertio et affaitamento. Insuper comes habeat domum quam monasterium in castro Pinerolii habebat, pedagia valli Clusonis, molendina, tablazia, brugnas etc. et omnia jura monasterii a fonte Flecquerii (?) usque ad collem Sisterii, quae tamen jura comes alienare nequeat sine consensu Abatis et conventus.

Contra monasterium habeat omnia quae possidet in Podio Oddonis et in valle praedicta, una cum successionibus rerum immobilium

et medietate taliae, et Comes, nomine transactionis, illi solvat libras mille bonorum denariorum secusiensium, finem faciat de omnibus debitis, de quibus monasterium appellare possit; utpote bonus dominus et fidelis vassallus jura monasterii defendat a ponte veteri ad flumen Leminae, in villa monasterii et in valle Leminae, et homines monasterii pro suis habitatoribus recipere nequeat; atque de praedicta valle faciat fidelitatem Abbati.

Quo facto abbas Comitem de omnibus supradictis investivit in nobile feudum et antiquum, et Comes Abbati fidelitatem fecit.

Arbitri fuerunt Guillelmus prior, Milo eleemosinarius, Bartholomaeus monachus monasterii, Ricardus de Luserna potestas, D. de Valle S. Martini, Jacobus Falletus, Vivianus de Bricherasco gastaldus monasterii.

Juraverunt Comes, Abbas et omnes Monachi.

Interfuerunt testes Isoardus d. Mirandolii, magister Michael clericus, magister Villins medicus, Villitus S. Ambroșii, P. de Chabon, Jacominus de Vigon, Peronus de Scapia et alii multi.

Jacobus judex scripsit.

(Ab exemp. Bib. Parisiensis. Edid. Cibrario et Promis, Doc. pag. 150. Philippus de Sabaudia princeps Achaiae an. 1816, xxix d. Junii hanc chartam in urbe Asta Pompeja confirmavit).

DCCLIV. — **R. Archiepiscopus Tarantasiensis.**

1246, 2 Martii. d. Lugduni.

Innocentius IV Amadeo IV comiti Sabaudiae nuntiat se R. Tarantasiensem electum in archiepiscopum promovisse.

(Berger, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 1788, Vol. I, p. 260).

DCCLV. — **Deditio Communis Pinerolii.**

1246, 12 d. Martii. Pinerolii.

Commune Pinerolii se donat in tutelam pure et libere in perpetuum Thomae de Sabaudia comiti, et omnia banna loci Pinerolii, secundum quod continetur et continebitur in capitulis civitatis.

Testibus: Uberto de Agalupa judice, Nicolao de Brenecio, Ugone de Monte Majori, et Jacopo Chiabrando.

Nomina illorum de credentia: Dode de valle S. Martini, Isoardus de Cara, Anselmus dominus contes..... Jacobus de Servi, Petrus

Candia, Obertus Candia ..... de Bersatoribus, Johannes de Gilio, Bonifacius Rubeus, Jacobus Maleti, Lucas Amedei de Vigono, Bartholomaeus Campo, Martinus de Caros et alii.

Dedictio facta est per manum Ricardi de Lucerna potestatis Pinerolii.

(E R. Tab. Taurinensi, *Titoli degli antichi Stati*, Vol. 16, C. 42. *M.H.P.* Chart. 1887).

DCCLVI. — **De matrimonio Manfredi Imp. filii.**

1246, 8 d. Maii.

Fridericus Rom. Imp. rata habet pacta, nomine ejus a procuratore suo Waltero de Ocra, Electo Capuano, inita cum Amedeo comite Sabaudiae et Thoma de Sabaudia ejus fratre, pro restitutione castri Ripularum iisdem facienda, et de matrimonio contrahendo inter Manfredum dictum Lanceam, filium naturalem Imperatoris, et Beatricem filiam Amedei comitis, relictam Manfredi III marchionis Salutiarum.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dip. Imperial.*, Fasc. I, n. 8.

DCCLVII. — **Terra de Villiey.**

1246, 17 d. Maii. Apud Sedunum.

Henricus episcopus Sedunensis pro praetio centum octoginta duarum marcharum bonorum sterlingorum vendit Petro de Sabaudia quidquid habebat in terra de Villiey, praeter feudum comitis Gebennensis et feudum de Roa; vendit quoque eidem Petro feudum Aymonis de Sarrata, ita ut jus patronatus ecclesiarum de Codrofin et de Constantina ad eum transeat.

(E R. Tab. Taurinensi *M. H. P.* Chart. II, col. 1460).

DCCLVIII. — **Domus Petri de Sab. in Vico Straund.**

1246. London.

Donatio Henrici Regis Petro de Sabaudia de domo Briani de Insula, extra civitatem Londonii, in vico vocato le Straund.

(Wurstemberger, *Petri II Hist. Prob.* pag. 107, Doc. 197).

DCCLIX. — **Castrum de Bioley.**

1246.

Willelmus dominus Bioleti recognoscit se accepisse in feudum a Petro de Sabaudia castrum suum de Bioley, una cum villis et curtibus de Opens, Ogens, Orsens et Correyon, pretio LXXX librarum lausannensium.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 57).

DCCLX. — **Homines de Etroubles et de S. Remigio.**

1246. Augustae.

Amedeus comes Sabaudiae pollicetur hominibus de Etroubles et de S. Remigio, se illos nunquam de dominio suo alienaturum, nisi quum alienaret totam Vallem Augustanam.

(Du Tillier, *Libertates Augustanae*).

DCCLXI. — **Philippus de Sab. Lug. Archiep. Elec.**

1246, 30 d. Octobris.

Philippus primae ecclesiae Lugdunensis Electus quasdam donationes domui eleemos. S. Antonii a Guichardo de Coindriaco milite et a Falcone factas approbat et confirmat, salvis XIV denariis censualibus, quos habet in illis bonis.

(*Cartulaire Lyonnais* par M. C. Guigne. Lyon, 1885. Doc. 412).

DCCLXII. — **Domus Stamedei.**

1246, Feria tertia post festum S. Martini.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia universis baronibus et amicis, castellanis et mistralibus suis notum facit religiosam domum Stamedei a progenitoribus suis fundatam in sua quoque tutela atque custodia esse, mandatque ut a dictae domus personarum et rerum ipsius infestatione atque pedagiis desistant, ipsisque et rebus ipsorum transitum facientibus, ducatum, consilium et auxilium impendant.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cartario* 222, fol. 175. Transcripsit Phil. Saracenus).

DCCLXIII. — **Guilelmus de Bioley.**

1247. 2 d. Februarii. Melduni.

Willelmus de Bioley castrum de Bioley cum villis de Corovent, Oppens et Orseriis Petro de Sabaudia donat, consentientibus filiis ejus, pro receptis a Petro LXXX libris lausannensibus. Petrus castrum cum ceteris bonis concedit in feudum Henrico, altero e filiis Willelmi.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 57-74).

DCCLXIV. — **Castrum Ripularum.**

1247, 5 d. Martii. In plano castro Ripularum.

Petrus de Montecuco, Conradus ejus frater, Manfredus de Montecuco et Bonus Johannes ejus frater, catelani Ripularum se compromiserant stare arbitrio comitis Alberti de Purcili, comitis Alberti de Sancto Martino, comitis Alberti et domini Jacobi de Baldisseto, comitis Enrici de Fronte et domini Jacobo de S. Sebastiano de restituendo castro Ripularum domino regi Henrico filio Friderici imperatoris, si hoc de jure esset, cum dictum castrum teneant ab ecclesia Taurinensi. Quum vero arbitri, habito consilio plurium sapientum, pronuntiaverint esse de jure restitutionem castri in manibus et forcea Enrici regis, domini de Moncuco illud tradunt, ea conditione ut, facta pace inter Papam et Imperatorem, ecclesiae Taurinensi restituatur, nec possit venire in manibus alicujus comitis vel marchionis.

Testes: Praepositus de Polano, Jacobus de Ruore, Rogerio de Plaia, Guilelminus de Parella, Albertus de Castellono, et Jacobus Jorius.

(E Tab. Arciep. Taurinensi. *M. H. P.*, I, col. 1891. — Quid sentiendum sit de hac novorum comitum caterva quae hic de improviso adparet, videant eruditi viri. Cf. in Append. Excursum nostrum: *Degli antichi Conti nel Piemonte*.

DCCLXV. — **Manfredus Lancea, Beatrix de Sab.**

1247, 21 d. Aprilis. Ind. v. Camberiaci.

Pactum matrimonii inter Manfredum Lanceam filium Friderici Rom. Imperatoris et Beatricem comitissam Salutiensem filiam Amedei comitis Sabaudiae et in Italia marchionis, actum cum Amedeo comite per Gualterium de Ocra Electum Capuanum et imperatoris notarium et Capellanum. Imperator pollicetur comiti restitutionem castri Ripu-

larum infra festum Pentecostes, praedicto tamen matrimonio praecedente; donat filio suo Manfredo totam terram a Papia usque ad Montes et usque ad maritimum Januae; et Beatrici futurae uxori filii sui statuit doarium mille marcarum. Praeterea Manfredo dabit regnum Arelatense, eique alibi in Imperio et terris suis, juxta voluntatem comitis Amedei, magnifice providebit.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 71).

DCCLXVI. — **Petrus de Sabaudia.**

1247, 7 d. Maii.

Innocentius IV P. M. Petro de Sabaudia indulget, ut cum nobili muliere nata nobilis viri domini de Fulciniaco, quarto consanguinitatis gradu non obstante, in contracto matrimonio permaneat.

(BERGER, *Registres d'Innocent IV*, n. 2709, Vol. I, pag. 404).

DCCLXVII. — **Fridericus II Imp. et Amadeus IV.**

1247, 8 d. Maii. Ind. v. Cremonae.

Fridericus, Romanorum imperator, pactiones a Gualterio de Ocra Electo Capuano et suo generali procuratore cum Amedeo comite Sabaudiae initas confirmat, tam de restitutione castri Ripularum, quam de matrimonio inter Manfredum filium suum et Beatricem ejusdem comitis filiam contraendo.

(E R. Tab. Taurinensi. BOEHMER, *Reg. Imp.* p. 205, Doc. 1129. HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist Dip. Friderici II*, Tom. VI, P. I, pag. 335).

DCCLXVIII. — **Fridericus II Imp. Taurini.**

1247, mense Majo.

« Imperator motus a Cremona cum magno thesauro et multis militibus die festo S. Syli (*Cyrilli?*) intravit Papiam, et inde equitavit Taurinum, et cum comite Sabaudiae est locutus, cui plurima dona donavit *(pro certo castrum Ripularum ei resignavit)*, volens ultra aggredi, cum principibus et baronibus Gallicis qui eum expectabant, locuturus. »

(Chronic. de rebus in Italia gestis, pag. 210. Vide HUILLARD-BRÉOLLES, *Hist. Dip. Frid. II*, Tom. IV, P. I, pag. 385).

DCCLXIX. — **Amadeus episcopus Mauriannensis.**

1247, 18 d. Junii. Ind. v. Apud S. Johannem Maurian.

M. H. P.: Chart. II, col. 1407 chartam compositionis referunt inter Amadeum episcopum Mauriannensem, (quem filium Thomae Sabaudiae comitis declarant), et canonicos Ecclesiae Mauriannensis. Thomas nullum filium nomine Amadeum habuit, praeter Amadeum IV comitem. Amadeus, episcopus Mauriannensis anno MCCXLVII, *ex Umbertina gente ortus non erat).*

DCCLXX. — **Philippus de Sabaudia, Lugdunensis Electus.**

1247, 9 d. Augusti. Lugduni.

Innocentius IV Electo Lugdunensi (Philippo de Sabaudia) dat licentiam retinendi usque ad quinquennium beneficia, quae ab ecclesia Lugdunensi ante promotionem suam habebat.

(BERGER, *Registres d'Innocent IV*, Doc. 8128, Vol. I, p. 472).

DCCLXXI. — **Statuta Ripularum.**

1247, 4 d. Septembris. Ripulis.

Amadeus Sabaudiae comes et marchio in Italia statuta et privilegia hominibus Ripularum concedit.

(CIBRARIO, *Storia della Mon. di Savoia*, Vol. II.

DCCLXXII. — **Margarita de Sabaudia,**

1247, 11 d. Septembris. Kyburg.

Margaritha comitissa de Kyburg emit a C. et E. de Wartenburg, fratribus, villam de Rechenbach.

(E R. Tab. Taurinensi. *Matrim. Principi*, Fasc. I, n. 12).

DCCLXXIII. — **Feuda Ledenham et Fulbeck.**

1247.

Henricus III rex Angliae statuit quod dimidia pars feudi militaris in Ledenhano et Fulbeck, quae spectat ad honorem de Richemund, revertatur Petro de Sabaudia post mortem Waineri Engaine.

(WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 109, Doc. 205).

DCCLXXIV. — **De terra Coleb.**

1247.

Henricus III rex Angliae statuit quod Bartholomaeus Peche teneatur facere homagium Petro de Sabaudia de terra Coleb, de honore de Richemond.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 109. Doc. 206).

DCCLXXV. — **Ecclesia Burgeti.**

1247, 30 d. Novembris. Ind. v. Apud Montemmelianum in castro.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio Italiae ecclesiae Burgeti omnem jurisdictionem cum mero et mixto imperio in omnibus ejus terris confirmat, exceptis poenis ultimi supplicii, quas praedecessores sui sibi reservaverunt.

Testes: Episcopus Bellicensis, G. Bonivard S. Andreae decanus, Humbertus de Seysello, G. frater suus, Aymo de Cytone, Petro capellano Burgeti et Aymo de Sarvagia.

(E Tab. Ecc. Burgeti. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves* 67).

DCCLXXVI. — **Philippus de Sab. Domus Ambroniacensis.**

1247, mense Decembri. Lugduni.

Philippus primae Lugdunensis ecclesiae Electus quasdam solutiones debitorum a Domo Ambroniacensi Domui Portarum factas, ratas et firmas habet.

(*Cartulaire Lyonnais* par M. C. Guigne. Lyon, 1885. Doc. 424).

DCCLXXVII. — **Domus Montis Jovis.**

1248, mense Januario. Apud Chillon.

Amedeus Dei gratia comes Sabaudiae et in Italia marchio donationes a patre suo Thoma comite Sabaudiae factas domui religiosae Montis Jovis confirmat.

(E Tab. Hospitii Montis Jovis. Gremaud, *Doc. relatifs à l'Hist. du Vallais*, Doc. 512, pag. 404).

DCCLXXVIII. — **De Mercatoribus Flandrensibus.**

1248, I d. Februarii. Apud Westmonasterium.

Mandatum Henrici regis Angliae de captione mercium mercatorumque Flandriae, si Margaretha comitissa Flandriae solvere Thomae de Sabaudia neglexerit VI millia librarum annuarum, quas Johanna, olim Flandriae comitissa, dicto Thomae viro suo concesserat.

(Rymer, *Acta publica*, I, p. 156).

DCCLXXIX. — **Donatio Thomae de Sab. facta.**

1248, 14 d. Februarii. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae concedit Thomae de Sabaudia facultatem recipiendi, nomine regis, homagium a Margaritha comitissa Flandriae de feodo illi debito a Scaccario regio.

(Rymer, *Acta publica*, I, P. I, 157).

DCCLXXX. — **Altera donatio Thomae de Sab. facta.**

1248, 14 d. Februarii. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae concedit avunculo suo Thomae de Sabaudia comiti, quod provideatur illi in terris usque ad valentiam quingentarum marcarum, quas percipiat per annum ad Scaccarium regium.

(Rymer, *Acta publica*, I, P. I, 157).

DCCLXXXI. — **De quadam donatione Thomae de Sab. facta.**

1248, 21 d. Februarii. Apud. Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae mandat, ut Thomae de Sabaudia comiti solvantur quingentae marchae e septingentis, quas Hugo le Bigod reddit regi per annum ad Scaccarium suum. Et hoc pro suo annuo feodo suo D marcarum.

(Rymer, *Acta publica*, I, P. I, 157).

DCCLXXXII. — **Henricus III et Amadeus IV.**

1248, 21 d. Februarii. Apud Westmonasterium.

Henricus III rex Angliae mandat, ut Amedeo comiti de Sabaudia solvantur annuatim ducentae marchae e septingentis, quas Hugo le Bigod solvere debet annuatim Scaccario regio. Et hoc pro annuo feodo ejus.

(RYMER, *Acta publica*, I, P. I, 157).

DCCLXXXIII. — **Hartmannus de Kyburg Junior.**

1248, 15 d. Aprilis. Kyburg.

Hartmannus junior, de gente Kyburgica, comes, pollicetur se haudquaquam derogaturum esse donationi ab avunculo suo, comite seniore de Kyburg, Margarithae de Sabaudia uxori ejus factae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Principi di Sav.*, Fasc. I, n. 14).

DCCLXXXIV. — **Henricus Episcopus Argentinensis.**

1248, 15 d. Aprilis. Argentinae.

Henricus episcopus Argentinensis ratam habet donationem ratione matrimonii factam a comite Hartmanno seniori de Kyburg Margarithae uxori suae, bonorum prius donatorum ipsi episcopo et ecclesiae ejus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Principi di Sav.*, Fasc. I, n. 15).

DCCLXXXV. — **Petrus de Vilar.**

1248, 29 d. Aprilis. Apud Paterniacum.

Petrus de Vilar donat Petro de Sabaudia quicquid possidebat in Torniey lo pitit prope Grueriam, et omnibus illis a Petro investitur, atque fit homo Petri.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waud.*, Fasc. I, n. 11).

DCCLXXXVI. — **Eccl. Mauriannensis.**

1248, 7 d. Julii. Ind. VI. Camerae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Ithalia marchio pravam, sacrilegam et dampnosam consuetudinem, qua ipse et antecessores sui, sede vacante Mauriannensi, res, possessiones et jura episcopalia ejusdem ecclesiae usurpaverant, ad instanciam Amedei Mauriannensis episcopi liberaliter remittit.

(E Tab. episcop. Mauriannensi. Edid. CIBRARIO et PROMIS, Doc. pag. 178).

DCCLXXXVII. — **De testamento Thomae de Sab.**

1248, 23 d. Junii. Apud S. Genisium.

Amedeus Dei gratia comes Sabaudiae et in Italia marchio ratum habet testamentum, quodcumque Thomas de Sabaudia frater suus faciendum duxerit, et praecipit ut frater suus Electus Lugdunensis, si supervixerit, vel alius totam terram ubicumque dicti Thomae possideat, quousque dictum testamentum plenarie fuerit executum.

(In R. Tab. Taurinensi, *Camera dei Conti*).

DCCLXXXVIII. — **Testamentum Thomae de Sab. comitis.**

1248, 26 d. Junii.

Thomas de Sabaudia comes, sanus et in bona et sana memoria constitutus, de rebus suis disponit. Filium vel filiam, si quem vel quam habuerit tempore mortis suae ex uxore legitima, haeredem instituit; et inter plures primogenitum, si sit masculus; si vero sit filia, proximo natus filius masculus sit haeres; primogenitus vero teneatur aliis honorifice providere, et dotes sorori vel sororibus assignare, habito respectu ad dignitates et facultates. Deficiente prole utriusque sexus, unus ex altero succedant, Philippus Electus Lugdunensis, et Petrus fratres sui; si illi sine liberis decederent, haereditas jure restitutionis devolvatur ad Beatricem comitissam Provinciae, sororem suam. Haec autem, post mortem suam, haereditatem restituat filio masculo fratris sui Amedei comitis Sabaudiae, si quem habuerit de uxore sua; qui si decederet sine libero vel liberis masculis, haereditatem Bonifacio archiepiscopo Cantuariensi, fratris ipsius Thomae restituat; et post ejus mortem illam habeat Edmundus filius regis Angliae, et Alienorae

reginae Angliae, neptis ipsius Thomae; et, si decederet sine liberis masculis, haereditas ad proximiorem de genere Sabaudiae revolvatur.

Deinde praecipit, ut in valle Soblonis (?) supra Pinerolium, vel in loco magis competenti in terra sua domus Ordinis Carthusiensis construatur. Sequuntur quaedam legata pia. Denique, cum haberet propositum eundi in subsidium Terrae Sanctae, decem milites mittantur, vel aliud fiat pro eleemosina.

Executores Hugo de Sancto Theuderio Cardinalis, Philippus Electus Lugdunensis, Rodolphus Electus Tarantasiensis, Hugo Gay praepositus Augustensis, Thealdus Leodiciensis archidiaconus, magister Weuillermus de Surrone officialis Lugdunensis, magister Johannes Capelli canonicus Burgensis, magister Petrus de Chamberiaco clericus Thomae.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 97).

DCCLXXXIX. — **Prior Burgeti, Thomas de Sab.**

1248, in festo S. Laurentii. Ind. vi.

Petrus Abbas prioratus Burgeti, consentiente abbate Cluniacensi, volente et rogante Amedeo comite Sabaudiae, concedit Thomae de Sabaudia comiti facultatem aedificandi domum et vivaria in possessione prioratus Burgeti, sub conditione, ut Thomas comes duodecim denarios censuales singulis annis prioratui Burgeti solvere teneatur, et de piscaria vivariorum suorum ibidem factorum, in anno quod justum et honestum fuerit, nomine decimae persolvat.

Testes: Ricardus de Musneto, Vauterius de Chamossi, Amedeus de Ginilliaco, Petrus de Turnone, Aymo de Bordellis, Petrus Capellanus Burgeti, Willielmus Cheveluto.

Amedeus notarius Comitis scripsit.

(E Tab. Prioratus Burgeti. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 91).

DCCXC. — **Amadeus IV et Thoma de Sabaudia.**

1248, 8 Septembris. Ind. vii. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, Amedeo comiti de Sabaudia et comiti Thomasio de Sabaudia fratri ejus potestatem concedit pacis inter se et Summum Pontificem tractandae, secundum formam ipsis a se datam.

(E R. Tab. Taurinensi, *Trattati diversi*, Fasc. I, Cibrario, *Storia della Mon. di Sav.*, Tom. II, p. 52).

DCCXCI. — **Joannes comes Burgundiae.**

1248, mense Octobri.

Johanz cuens de Burgune et Sire de Salins declare auoir mis nostre chier neueu mon segnor Perron de Savoie en plaige pour mille livres viennoises de la main de quatre marchands de Florence, par nos recceus que somes tenu resoudre ce qu'il dira sa simple parole.....

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 76).

DCCXCII. — **Guido de Algo.**

1248, 22 Novembris.

Guydo miles de Algo, laudantibus filiis suis Manfredo et Willelmo, ponit in pignore Amedeo comiti Sabaudiae vicedominatum et mistraliam, quam ab ipso comite tenebat, pro XL lib. maurian. datis et solutis.

Testes: N. abbas Agaunensis, P. de S. Gingulpho et Mauritius canonici Agaun. W. capellanus de Grions. Rod. de Vico. W. de Montez, etc.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. Transcripsit canonicus Boccard).

DCCXCIII. — **Caecilia comitissa Sabaudiae et marchionissa in Italia.**

1248, mense Novembri. Ind. VI. Augustae in domo S. Benigni.

Caecilia Dei gratia comitissa Sabaudiae et marchionissa in Italia, amplectens vestigia viri sui Amedei comitis et antecessorum suorum, domum Montis Jovis, et omnes res ejus sub clypeo protectionis recipit, praecipitque sic comiti (?) Augustae, baronibus, castellanis et omnibus in comitatu Sabaudiae persistentibus, quod debeant dictam domum protegere et defendere.

Testes: dom. Roctandus, dom. Ricardus de Munsterio, dom. Didrecius, Willelmus frater Moritestorgius, Bernardus Milel et ceteri.

Petrus Palatii notarius scripsit.

(*Il monumentale Ospizio del Gran S. Bernardo* per Giampaoli Canonico Lorenzo. Prato, 1884. Vereor ne non interpolatoris manus in hanc chartam grassata sit).

DCCXCIV. — **Thoma de Sab. Vicarius generalis Imp.**

1248, mense Novembri. Ind. VII Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, comitem Thomasium de Sabaudia Vicarium generalem Imperii a Papia superius constituit.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imperialia.* Fasc. I, n. 20).

DCCXCV. — **Eporedia.**

1248, mense Novembri. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti de Sabaudia, et filiis ejus legitimis utriusque sexus in perpetuum in rectum feudum civitatem Eporediam cum rationibus et pertinentiis ejus concedit, sub conditione fidelitatis et servitii imperio exhibendi.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dip. Imperialia,* Fasc. I, n. 9).

DCCXCVI. — **Eporedia et Canapicium.**

1248, mense Nov. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Thomasio de Sabaudia et filiis ejus legitimis utriusque sexus in rectum feudum confert civitatem Eporediam una cum territorio Canapicii, ejus pertinentiis et omni ratione ad se et Imperium spectante in castrum de Lanceo.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 12).

DCCXCVII. — **Pons Montiscalerii et Castrum Vetus.**

1248, mense Novemb. Ind. VII. Vercellis.

Fredericus II Rom. imperator Thomasio de Sabaudia comiti et consanguineo suo Montem Calerium, pontem cum turre, et castrum vetus cum honoribus, juribus, jurisdictionibus, etc. donat in rectum feudum.

Testes: Manfredus marchio Lanciae, Jacobus marchio de Carretto, gener imp. Petrus de Calabria merescaliae magister, Riccius de Monte-

nigro Magnae Curiae magister justiciarius, magister Gualterius de Ocra Capuanus Electus, etc.

Nicolaus de Brunde notarius Imp. scripsit.

Acta haec sunt anno, mense, indictione praescriptis. Datum eodem loco, anno, mense, etc.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. I, col. 1397).

DCCXCVIII. — **Castrum Lancei.**

1248, mense Nov. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, sese obligat ad acquirendum infra duos annos castrum Lancei a dominis illius loci, tunc illud traditurus comiti Thomae de Sabaudia infra terminum in concessione illi facta stabilitum, una cum civitate Eporedia et regione Canapitii.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 15).

DCCXCIX. — **Taurinum, Caburretum, Castrum Vetus, etc.**

1248, mense Nov. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Thomasio de Sabaudia et filiis ejus legitimis utriusque sexus in perpetuum in rectum feudum confert civitatem Taurinum, pontem et castellum juxta pontem noviter extructum, castraque et loca Caburreti, Castriveteris, Montiscalerii et Colegii cum omnimoda jurisdictione aliisque juribus, sub conditione faciendae Imperio fidelitatis.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 13 et 14).

DCCC. — **De Castris aedificandis.**

1248, mense Nov. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, comiti Thomasio de Sabaudia hanc licentiam concedit, quod aedificet vel aedificari procuret castra, turres et munitiones apud Taurinum, Montemcalerium, Caburretum, Colegium, Eporediam, in terra Canapitii et etiam apud Lanceum, quando viderit expedire.

Actum et datum eodem die.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 16).

DCCCI. — **Beatrix de Sab. Salutiarum comitissa.**

1248, mense Nov. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum imperator, promittit se procuraturum traditionem comiti de Sabaudia faciendam castrorum et locorum Taurini, Montiscalerii, Caburreti, Colegii, Eporediae, Lancii et territorii Canapicii per Jacobum de Carreto suum generum, qui dicta castra, loca et territorium sibi commendata hactenus tenebat; sub conditione vero, ut satisfaciat idem Thomasius obligationibus in donatione ipsi facta stipulatis, et quod procuret matrimonium inter Beatricem comitissam Salutiarum neptem ejus ex fratre, et Manfredum filium imperatoris.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 17).

DCCCII. — **De Investitura Thomae de Sabaudia.**

1248, sine loco.

Fridericus, Romanorum imperator, declarat quod fecit investituram Thomae de Sabaudia de Taurino, Montecalerio, Iporegia, Canapicio, Castroveteri, Caburreto, Colegio, Lanceo, cum fidelitatem praestiterit regi Conrado imperatoris filio, faciendo vivam guerram pro Imperio contra omnes cum mille armatis; quas quidem terras Imperator posuerat in manibus Jacobi de Carreto generi sui, ita quod, pace facta inter Papam et Caesarem, haec omnia restituere debeat. Si vero pax non fieret, infra triennium assignatur Comiti Iporegia, Canapicium, castrum Lancei, etc.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dipl. Imperialia.* HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. Dip. Friderici II,* Tom. VI, pars II, pag. 661.

DCCCIII. — **Donatio Canapitii.**

1248, mense Novembri. Ind. VII Vercellis.

Fridericus II Rom. imperator Thomasio de Sabaudia comiti consanguineo suo donat in rectum feudum Canapitium cum honoribus, juribus, jurisdictionibus etc. Hanc concessionem Nicolaus de Rocca scripsit etc.

Testes: Manfredus marchio Lancea, Jacobus marchio de Carreto gener imp., Petrus de Calabria marescaliae magister, Petrus de Vinea

aulae prothonotarius et Regni Siciliae logotheta, Riccardus de Monte Nigro Magnae Curiae magister, Juxtinianus magister, Gualterius de Ocra Capuanus Electus.

Nicolaus de Rocca not. Imp. scripsit.

Acta haec sunt anno, mense, indict. praescriptis. Datum eodem loco, anno, mense, etc.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.* Fasc. I, n. 10. *M. H. P.* Chart. I, col. 1896).

DCCCIV. — **Regalia Thomae de Sabaudia.**

1248, mense Decemb. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum Imperator, Thomae de Sabaudia comiti et Generali Vicario Sacri Imperii a Papia superius concedit pedagia, regalia et pascua omnia terrae suae, quam habet in comitatu Sabaudiae et in partibus Pedemontium. Hanc concessionem Nicolaus de Rocca notarius scripsit etc. Datum per manus Petri de Vinea Imperialis aulae protonotarii et Regis Siciliae logothetae.

Nicolaus de Rocca notarius.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.* Fasc. I, n. 18. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 92).

DCCCV. — **Concessio Imperatoris.**

1248, mense Decembri. Ind. VII. Vercellis.

Fridericus, Romanorum Imperator, Thomae de Sabaudia comiti concedit, ut recolligere possit propriis manibus omnes expensas sibi incumbentes ratione custodiae et tuitionis Statuum suorum, nec non recuperationis terrarum obedientiam sibi debitam recusantium, vel abnuentium.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dipl. Imp.* Fasc. I, n. 19).

DCCCVI. — **De quibusdam captivis.**

1248, sine mense et loco.

Fridericus, Romanorum Imperator, cuidam capitaneo mandat ut, juxta priorum tenorem litterarum datarum apud Thaurinum, quosdam captivos, pro quibus Thomasius de Sabaudia comes, dilectus affinis et

fidelis ejusdem Imperatoris, sibi supplicavit, a nexibus carceris absolvere non omittat.

(Edit. in *Petri de Vinea epistolis*. Lib. V. 55. HUILLARD-BRÉOLLES conjectat has litteras capitaneo Taurinensi scriptas esse, monetque in Cod. Bib. Guelferb. nomen loci « apud Thaurinum » exaratum esse « Raacenum », vel aliud hujusce modi).

DCCCVII. — **Terrae Matildis de Warenna.**

1248.

Henricus III rex Angliae Petro de Sabaudia committit custodiam terrarum, quas tenet in doario Mathildis relictae comitis Warennae in Surry et Sussexia, usque ad aetatem majorem ejus Johannis de Warenna.

(WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II*, *Prob.* pag. 119, *Doc.* 228).

DCCCVIII. — **Hartmannus Kyburgensis Junior.**

1248.

Hartmannus comes Kyburgensis Junior promittit se observaturum donationes a comite Hartmanno seniore, patruo suo, factas comitissae de Sabaudia uxori ipsius Hartmanni senioris.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matrim. Principi di Sav.* Fasc. I, Doc. 15).

DCCCIX. — **Turris de Vivey.**

1249, mense Januario.

Philippus de Turre vendit Petro de Sabaudia turrem de Viveys. triginta libras Lausannenses.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 4).

DCCCX. — **De nonnullis praelatis Archidiaconatus Richemundiae.**

1249, 17 d. Februarii. Lugduni.

Innocentius III ait Petrum de Sabaudia, pro se ac universitate hominum suorum Archidiaconatus Richemundiae, sibi exposuisse, quod

nonnulli praelati, rectores, vicarii et capellani perpetui ecclesiarum archidiaconatus ejusdem Eboracensis dioecesis, licet ab ipsorum hominum singulis unum de melioribus pecoribus quae habent, juxta consuetudinem regni Angliae percipiant quum decedunt, nihilominus tamen ad eorum bona manus avidas extendentes aliud melius pecus, nec non nonam partem omnium bonorum mobilium decedentis, vel sextam, aut in certo casu tertiam partem extorquent. Archidiaconatus Cantuariensis, vocatis qui fuerint evocandi, quod justum fuerit, decernat.

(Berger, *Le Registre d'Innocent IV*, Tom II, Doc. 4409, pag. 57).

DCCCXI. — **De Castro Montuxolo.**

(1249, mense Februario.

Fridericus, Romanorum imperator, Thomasio de Sabaudia comiti et heredibus ejus legitimis utriusque sexus confert in feudum castrum Montuxolum, sub conditione homagii Romanorum imperatori faciendi.

(E R. Tab. Taurinensi, *Diplom. Imp.* Fasc. I, n. 21).

DCCCXII. — **Thomas de Sab. Imperialis legatus et Marchio Montisferrati.**

1249, 14 d. Martii. Ind. vii. In ripa Sturiae prope Altesanum.

Thommasius de Sabaudia-comes S. Imperii a Papia superius Vicarius generalis et Galterius Capuanus Electus, Imperatoris nuncius et legatus, petunt a Bonifacio marchione Montisferrati, ut tradat castra Clevasii, S. Raphaelis, Lu et Vignale in manibus Uberti de Monte Melione castellani Avillianae, garniendo et tenendo pro Amedeo comite Sabaudiae suo domino, juxta promissionem ipsi Amedeo comiti a Marchione factam in ripa Duriae Baltiae, praesentibus Taurinensibus ab urbe ejectis. Bonifacius respondit per se et Taurinenses, quod sibi prorogetur terminus usque ad diem martis proximum venientem. Quod factum fuit.

Testes: Ricardus de Luxerna, Fredericus de Plozasco, Eilo de Bene Santo, Ruffinus de Plozasco, Nicholaus de Buvenzo, Pepinus ejus nepos.

Bonetus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 1488).

DCCCXIII. — **De quodam Symone.**

1249, 15 d. Martii. Lugduni.

Innocentius IV ad preces Petri de Sabaudia Symoni indulget, ut praeter ecclesiam de Filingio, Gebennensis dioecesis, et ecclesiam de Wittelee (?) Wintoniensis dioecesis, curam habentes animarum annexam, unicum aliud beneficium cum simili cura licite retinere valeat.

(Berger, *Les Registres d'Innocent IV*, Tom. II, Doc. 4416, pag. 57).

DCCCXIV. — **Anselmus de Billens.**

1249, mense Majo.

Anselmus de Billens donat Petro fratri comitis Sabaudiae jus quod habebat in Podio de Romont, exceptis juribus in hominibus et terra dicti Anselmi extra terminos de Romont. Sed poena corporalis infligenda latroni, proditori, homicidae, effractori stratae publicae vel alteri qui pro suo delicto ad poenam sanguinis damnari debeat, ad Petrum vel ad castellanum suum seu advocatum de Romont pertinebit. In cujus rei testimonium Petrus hanc chartam Anselmo tradit, karissimo amico et fideli suo.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, prob.* pag. 120, *Doc.* 232. Autographum deperditum est; exempla quae supersunt, annum MCCLIX referunt; Wurstembergerius reposuit MCCVL, et recte; nam anno MCCLIX Bonifacius Sabaudiae Comes erat, Petri filius fratris).

DCCCXV. — **Jacobus de Algo.**

1249, die Sabbati per octavam Pentecostalem.

Amedeus comes Sabaudiae accipit in pignore a Jacobo vice domino de Algo, consentientibus Elyete uxore et filiis suis, vice dominatum de Algo et quosdam homines, et molendinum de Fontaney. quod Comes dimisit praedictae Elyete pro necessariis suis.

Testes: N. Abbas Agaunensis, P. Cantor ejusdem loci. P. de Mugtignye. Ro. de Vico. P. Vichars, Bonus hoc per villae novae.

(E Tab. S. Mauritii Agaun. transcripsit Canonicus Boccard).

DCCCXVI. — **De pedagio Taurinensi.**

1249, 21 d. Junii. Ind. VII. Beneventi.

Fridericus, Romanorum imperator, Thomasio de Sabaudia Comiti pro gratis ejus servitiis, quae contulit et in antea conferre poterit gratiora, concedit, ut in civitate Taurinensi pedagium decem solidorum monetae provincialis de quocumque trosello exigat, quamdiu haec praesens gratia duraverit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.* Fasc. I, n. 22 BOEHEMER, *Regist. Imp.* pag. 209, n. 1164).

DCCCXVII. — **Thomas de Sab. Vicarius Imperialis.**

1249, mense Junio. Ind. VII. Beneventi.

Fridericus Romanorum Imperator Thomam de Sabaudia comitem consanguineum suum constituit Sacri Imperii generalem Legatum et Praesidem suum et Imperii per Lombardiam a flumine Lambro superius, conceditque ei merum et mixtum imperium et gladii potestatem, una cum officio praesidatus, judiciorum appellationibus et gladii potestate.

(E R. Tab. Taurinensi. GUICHENON, *Hist. Gen. Preuves* p. 92).

DCCCXVIII. — **Petrus de Sab. Avoiria Paterniacensis.**

1249, d. Julii Meuduni.

Petrus frater comitis Sabaudiae notum facit Stephanum priorem Paterniacensem, consensu Hugonis abbatis Cluniacensis, sibi concessisse Avoiriam domus et ecclesiae Paterniacensis.

Praesentibus dominis de Chauvent, de Granchon, Richardo de sancto Martino et Umberto de Fernaj castellano de Romont et de Meudon.

(E Tab. Civ. Lausannae transcripsit GINGINS-LA SARRAZ).

DCCCXIX. — **De Hospitali Villae Novae.**

1249, 22 d. Junii.

Sententia Amedei comitis Sabaudiae inter Rectorem hospitalis Villae Novae prope Chillon ex una parte, et Ulricum castellanum de Chillon

et mistralem Villae Novae, hominesque possidentes prata et Essertes in silva Chambon ex altera, circa dominium et proprietatem dictae silvae. Comes pronuntiat competere proprietatem hospitali, vi donationis illi factae ab Aymone de Sabaudia, salvis juribus affocagii, etc.

(E R. Tab. Taurinensi, in Codice feudorum Waudensium, Fasc. I, pag. 409, n. 1°).

DCCCXX. — **Petrus physicus Petri de Sabaudia.**

1249, 30 d. Augusti. Lugduni.

Innocentius IV P. M. obtentu Lugdunensis Electi (Philippi de Sabaudia) concedit magistro Petro physico Petri de Sabaudia comitis Richemundiae, ut, praeter ecclesiam de Richemundia curam animarum habentem, possit unicum aliud beneficium, etiamsi similem curam habeat, in Cantuariensi provincia licite recipere, proviso quod ecclesia et beneficium debitis non fraudetur obsequiis, et in eis animarum cura nullatenus negligatur.

(E R. Tab. Taurinensi. *Bolle e Brevi*, Fasc. I, n. 16. *M. H. P.* Chart. I, col. 1400).

DCCCXXI. — **Castrum de Fisternis.**

1249, mense Septembris. Apud Bichata.

Amedeus comes Sabaudiae infeodat Petro de Sabaudia fratri suo, in augumentum feudorum ejus castrum de Fisternis cum suis appenditiis, pro se ac illis quibus ei placuerit donare, vendere vel legare dictum castrum.

(E R. Tab. Taurinensi. Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 122. Doc. 239).

DCCCXXII. — **Plena potestas Petro de Sab. data.**

1249, II d. Octobris. Apud Windsor.

Plena potestas Henrici III Angliae regis Petro de Sabaudia data, ut treugam inter dictum Regem et Ludovicum IX regem Galliae prorogare possit.

(Rymer, *Acta Publica* I, pag. I, 158).

DCCCXXIII. — **Terrae Comitissae Augy et W. le Keu.**

1249, 25 d. Octobris. Apud Westmonasterium.

Henricus II rex Angliae committit Petro de Sabaudia custodiam omnium terrarum, quae fuerunt A. comitissae Augy et Willielmi de Keu, quibusdam conditionibus adjectis.

(WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 122, Doc. 241).

DCCCXXIV. — **De Henrico III Angliae rege.**

1249, 26 d. Septembris. Lugduni.

Innocentius IV P. M. Waltero archiepiscopo Eboraciensi et Petro episcopo Herefordensi mandat, ut absolvant Henricum III regem Angliae a juramento matrimoniali, quod praestiterit olim Johannae filiae comitis Pontivi, tunc reginae Castelliae existenti, et agnoscant legitimum matrimonium ejusdem regis cum Alionora comitis quondam Provinciae filia.

(RYMER, *Foedera Angliae etc.* 1. I. 158).

DCCCXXV. — **Beneficia in Petrum de Sab. collata.**

1249.

Henricus III rex Angliae Petro de Sabaudia confert custodiam terrarum et heredis Richardi de Burgo et Theobaldi de Butiller cum matrimonio illius heredis et custodiam castri et honoris de Hastings; eique dat litteras, quibus liberatur ab omni ratione reddenda ipsi Regi de proventibus et reditibus praedictarum terrarum.

Rex eidem Petro potestatem facit prorogandi pacem sive inducias cum Galliae rege; et confert litteras protectorias, donec revertatur in Angliam de terris transmarinis; praeterea Balivis jubet, ut agnoscant procuratores Petri in placitis regiis, donec moretur in regionibus forensibus.

Denique Balivis honoris Richemundiae praecipit seisinam facere ad manus Petri maneriorum Brinton et Foestou, statim ac decederit comitissa Cestriae; et promittit se non capturum fore ad manus suas

terras et bona Petri de Sabaudia, si contigeret illum migrare de saeculo, neque avulsurum illa e manibus heredum suorum, donec ejus debita soluta fuerint.

(E Tab. Turris Londinensis WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II*, *Prob.* pagina 124, Doc. 244).

DCCCXXVI. — **Domus Burgeti, Leyda Salis.**

1249, 12 d. Decembris. Ind. VII. Apud Camberiacum.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio domui de Burgeto leydam salis apud Camberiacum concedit, praeter manatam salis, quam recipiebat mistralis Camberiaci nomine ipsius comitis, et quantum necesse fuerit, quum Comes esset apud Camberiacum pro ejus coquina et mensa.

Testes: Humbertus de Seysello, Guillelmus Falaster de Brunins miles, Marcus de Baro, Amedeus de Gimiliaco, magister Petrus de Burgeto phisicus, Petrus mistralis de Burgeto, Aymo Capetus de Burgeto, Boso de Turnone, Guillelmus Coreard de Yenna.

Dei Filius S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E Tab. Eccl. Burgeti. GUICHENON. *Hist. Gen. Preuves* p. 68).

DCCCXXVII. — **Philippus et Petrus de Sab.**

1250, 5 d. Martii. Apud Westmonasterium.

Potestas ab Henrico III rege Angliae data Philippo de Sabaudia Electo Lugdunensi, Ricardo comiti Cornubiae et Petro de Sabaudia ad prorogandam treguam, et reformandam pacem cum Ludovico rege Franciae.

(RYMER, *Foedera I*, 272).

DCCCVIII. — **Marchio Lancia.**

1250, mense Aprilis. Ind. VIII.

Marchio Lancia potestas Laudis, et dominus et Vicarius pro Imperatore a Lambro superius *Amadinum cum militibus Cremonae ban-*

nitis, *etc.* ad Casale S. Evasii destinavit, quos vel amore, vel pecunia interveniente abire permisit.

(*Chronic. de rebus in Italia gestis,* pag. 221. Thomas de Sabaudia ad partes Ecclesiae reversus, generalis legati Imperii munere privatus fuit, in quo Manfredum Lanceam marchionem constitutum fuisse Chronicon ostendit).

DCCCXXIX. — **Castrum Dentesiaci.**

1250, 15 d. Aprilis. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae donationem facit Petro de Sabaudia fratri suo omnium bonorum, quae possidebat in castro Dentesiaco in augumentum feudi sui.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sabaudiae,* Fasc. I, Ch. 87).

DCCCXXX. — **Petrus de Sab. et comes Gebennensis.**

1250, 10 d. Junii.

Petrus de Sabaudia ex una parte et Guillelmus comes Gebennensis, Rodulphus et Henricus filii ejus ex altera, compromittunt in Philippum Electum Lugdunensem, ut arbitrum de litibus suis. Petrus de Sabaudia super eo quod Guilelmus et Henricus ipsum ceperat et vulneravit; et Comes super eo quod Petrus ipsi Comiti filiisque suis multa et injusta damna et injurias intulerat.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. du Genevois,* Fasc. I, n. 5).

DCCCXXXI. — **Sententia Arbitralis Philippi de Sab.**

1250, 28 d. Junii. Gebennis.

Sententia arbitralis Philippi de Sabaudia Electi Lugdunensis, inter Petrum de Sabaudia et Willelmum comitem Gebennensem, ejusque filios Radulfum et Henricum. Radulfus Petrum ceperat, vulneraverat et captivum tenuerat consilio et opera Willelmi et Henrici; pro quibus injuriis ab Amedeo comite Sabaudiae in viginti milibus marcis argenti condemnati fuerant; praeterea Petrus pro aliis damnis sibi il-

latis quindecim millia marcarum argenti petebat. Contra Willelmus Comes multas sibi a Petro injurias illatas referebat. Philippus statuit, ut comes Petro solvat decem milia marcarum argenti, pro quibus ipse Petrus pignore habeat castrum Gebennense, castrum de Baleison, castrum de les Cleyes in Wauht et feudum de Langyers; et feudatariis et vassallis sui spraecipiat, ut Petro de Sabaudia respondeant ut domino; Petrus vero dicta castra restituat, quandocumque comes et ejus filii decem milia marcarum satisfecerint. Alia sequuntur, quae ad querelas coadjutorum partium spectant, scilicet liberos Grassi de Altavilla, Aymonem de Aula, Willelmum de Greysiaco Entelmum de Byleins, etc.

(E R. Tab. Taurinensi, *Baronie de Vaud.* Fasc. I, n. 8. Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob. Doc.* 127).

DCCCXXXII. — **Comes Gebennensis.**

1250, 29 d. Junii. Gebennis.

Willelmus comes Gebennensis, et Rudulfus filius ejus universis baronibus et et aliis nobilibus hominibus, inter Arvam et Dranciam et Clusam de Iaiz et pontem de Barges morantibus, jubent, ut Petro de Sabaudia respondeant et intendant, quemadmodum sibi respondebant de homagiis et feudis, quae ab ipsis tenent, durante feudorum gageria Petro facta.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. du Genevois,* Fac. I, n. 4. Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob. Doc.* 251).

DCCCXXXIII. — **Comes Gebennensis.**

1250, 29 d. Junii. Gebennis.

Willelmus comes Gebennensis et Radulfus filius ejus Jacobo de Cossonay mandant, ut faciat fidelitatem Petro de Sabaudia de feudis, quae a Comite tenet inter flumina Arvae et Dranciae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. de Vaud.* Fasc. XIII, Tit Cossonay, n. I. Vurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* Doc. 251-6).

DCCCXXXIV. — **Absolutio Thomae de Sabaudia.**

1250, 22 d. Junii. Januae.

Innocentius IV P. M. episcopo novariensi mandat, ut Thomae de Sabaudia Comiti beneficium absolutionis impendat, secundum modum contentum in literis ab episcopo Albanensi confectis.

(E R. Tab. Taurinensi, Brevi e Bolle *Inv. IV*, Fasc. I, n. 18. *M. H. P.* Chart. I, col. 1408).

DCCCXXXV. — **Decima de Adventica.**

1250, 21 d. Julii. Lausannae.

Johannes Epis. Lausannensis fatetur se nihil petere in decima de Adventica, nisi servitium sibi debitum, ita quod burgenses Friburgi respondeant Petro de Sabaudia de dicta decima.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 61.

DCCCXXXVI. — **Castrum de Ponte in Ogo.**

1250, 23 d. Julii. Apud Rotundum montem.

Donationes castri et bonorum de Ponte in Ogo Petro de Sabaudia factae a Willelmo, Petro, Jesellino et Jacobo de Ponte in Ogo, qui a Petro de illis reinvestiuntur sub fide homagii praestiti.

(E R. Tab. Taurinensi. WURTEMBERGER, *Hist. Petri II, Prob.*, Doc. 258, 258[a]).

DCCCXXXVII. — **Castrum de Corbieres.**

1250, 31 d. Julii. Apud Romunt.

Willelmus de Corbères concedit Petro de Sabaudia in Alodium partem suam castri de Corbères, et Petrus de omnibus investit Henricum Willelmi filium, qui homagium ligium illi facit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Baronie de Vaud,* Fasc. I, n. 28).

DCCCXXXVIII. — **Capitulum Lausannense et Domini de Belmont.**

1250, 16 d. Augusti. Melduni.

Nos Pierres de Savoe fasons a sauoire a tos ceaux qui verront ces presens letres, que la descorde qui estoit entre le Chapitre de Lausanna dune part et Mon Segnor Richard et Bertol freres et segnours de Belmont dautre part sus lauaorie et usages que cil Segnor de Belmont demandaent es viles de Essertines et de Warens et de Warengel est terminee par devant nos en tel maniere par le consentement et le son do lune parti e de autre.

Sequuntur ea quae Petrus de Sabaudia, arbiter electus, decernit.

(E Cod. Dipl. Haller adservato in Bibl. Bernensi. *M. H. P.* I, col. 1403).

DCCCXXXIX. — **Willelmus de Bellovedere.**

1250, 30 d. Augusti.

Willelmus de Bello Vedere domicellus fatetur se tenere feudum castri de Falaverio a Petro de Sabaudia, et spondet quod si heredes habere sibi contigerit ex uxore sua legitima, se se positurum fore in misericordiam Petri, si iste velit facere gratiam feodi dicti castri in perpetuum vel ad tempus.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Duc. Sab.* Fasc. I, n. 94).

DCCCXL. — **Pascua in Monte Panterio Secusiensibus confirmata.**

1250, 26 d. Septembris. Ind. VIII. Secusiae.

Humbertus de Montemeliano castellanus Avillaniae, de voluntate et mandato Amedei comitis Sabaudiae et marchionis in Italia, pronuntiat, quod homines Secusiae habent pascua in monte Panterio, salvo jure aliarum personarum, si quae habeant.

Testes: Martinus monachus, Johannes Fornerius notarius de Secusia, Magister Petrus phisicus, Petrus de Alanardo, Hugo de Montemeliano habitator Secusiae.

Willelmus Fabri Imp. Aulae notarius scripsit.

(E Tab. Civit. Secusiae. *Mon. Hist. Patr.* Leges Municipales, I, col. 14).

DCCCXLI. — **Albertus de Turre.**

1250, mense Septembris.

Cum discorde fust entre Monseignor Perron (*aliud exemplum* Pierrez) de Savoye, et Albert segnor de la Tor et Albert sun fil, per lo noble barun Willelme conte de Vianne, li diz Albert Sire de la Tor et Albert soz fiz prissient en fieu et homage de monsegnour Perron de Savoie le chastelz de la Tor, salva la feute a labaesse de Sanc Perro (*al. ex.* Pierre) de Lions. Ces deuant dites choses sunt faites deuant le noble Baro Willelmo conte de Vianne.

En tesmoing de la quel chose Willesme Coms de Vianne, Perron de Savoye, Albert sire de la Tor et Albert sos fiz ont seele ces presentes letres

(E R. Tab. Taurinensi. *Ducato di Savoia,* Fasc. I, n. 85. Wurstemberger, *Hist. Pet. II, Probat.* Doc. 258).

DCCCXLII. — **De hominibus Dalphini Viennensis.**

1250, 28 d. Septembris. Ind. viii. Secusiae.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia, petentibus habitatoribus Secusiae, recipit in suo guidagio, conducta et protectione homines Dalphini, cum bestiis et rebus eorum in mensibus sept. et oct. venientibus apud Secusiam et ejus territorium pro vindemiis et vinis ibidem colligendis et inde absportandis cum aliis mercandiis.

Testes: Jacobus abbas secusiensis, Villermus Ravoria miles, Petrus Lombardus officialis comitis, etc.

Johannes S. Palatii notarius scripsit.

(E Tab. Civit. Secusiae. *M. H. P.* Leges Municipales, I, col. 15).

DCCCXLIII. — **Jura Thomae de Sabaudia super Taurinum, Iporediam, etc.**

1250, 11 d. Novembris. Perusiis.

Innocentius IV P. M. Electo Tarantasiensi et Johanni de Amblione decano montis S. Andreae in Sabaudia mandat, ne Thomas de Sabaudia super Taurino et castris montis Scalerii, Collegnii et Cavureti et juribus in castrum montis Oxoli et civitatem Yporediensem molestetur.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi Innoc. IV,* Fasc. I, n. 26. *M. H. P.* Chart. I, col. 1411 sub anno 1251. Sed « iii idus novembris pontificatus *Innocentii IV* anno nono », quo Bulla data est, ad annum 1250 nos revocat).

DCCCXLIV. — **Petrus de Sab. Annulus S. Mauritii.**

1250. Agauni.

Rodolphus Agaunensis monasterii abbas, Meynerius prior et ceteri fratres inibi Deo famulantibus Petro de Sabaudia. Tu, Petre, comes Victoriosus terrarum Chablasii et Valesie nobis annulum nostri patroni S. Mauritii humiliter petisti. Nos, memores beneficiorum et restaurationis nostrae ecclesiae factae per illustrissimum dominum Amedeum fratrem tuum, eundem annulum tue excellencie donamus, ea lege, ut in posterum perpetuo ab eo, qui pro tempore comes fuerit Sabaudiae, pleno jure veniat possidendus, et quod campanile nobis promissum aedificetur.

Testes: Henricus Sedunensis, Amedeus Lausannensis episcopi, Hugo abbas S. Eugendi, Aymo Dñs de Foucigny, Petrus de Thovez, Stephanus de Rumillier, Reynaldus de Orzier, Ricardus cancellarius, et Falco de S. Mauritio.

(Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 73. De sinceritate chartae non immerito ambigitur. Vurstembergerius animadvertit: « Annulus deperditus una cum « charta originali, tempore usurpati Pedemontii per Gallos. Chartae autenticitas « dubiosa: Datum ejus irrationale: Anno 1250 sedebat in cathedra Lausannensi Johannes episcopus: Mortuus erat Amedeus anno 1158. »

DCCCXLV. — **Castrum Falaverii.**

1250.

Guillelmus de Bello Videre castrum de Falaverio, quod auxilio Petri de Sabaudiae recuperaverat, concedit ipsi Petro, idque in feudo a Petro recipit, cui homagium ligium facit; jurans fidelitatem ut homo ligius. Brianda uxor Guillelmi de Bello consentit et approbat.

Johannes Viennensis archiepiscopus litteras sigillat.

(E Tab. Cam. Comp. Grationopolitanae edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.*, p. 180).

DCCCXLVI. — **Bonifacius de Sab. Archiep. Cantuarensis.**

1250. Datum Carthusiae.

Hugo Carthusiae prior Bonifacio de Sabaudia Cantuarensi archiepiscopo plurimas gratias agit pro Gregorii Magni Moralium libro sibi dono dato.

(Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 58).

DCCCXLVII. — **Henrici III Angliae regis mandatum.**

1251, 26 d. Januarii. Apud Windsor.

Henricus III rex Angliae ducem Brabantiae rogat, ut usque in unum mensem post Pascha negotium cujusdam matrimonii designati in suspenso teneat, ita ut Petrus de Sabaudia ejusdem tractatus particeps, quique nondum de partibus Sabaudiae reversus est, ad ipsum regem redeat.

(Rymer, *Acta Publ.* I, p. I, 163).

DCCCXLVIII. — **Castrum de Roa.**

1251, mense Januario. Melduni.

Rodolphus de Roa donat castrum de Roa Petro de Sabaudia, qui Rodulphum de eo investit cum villa de Promasens, illique XX libras annuas Lausanneses assignat. Pro quibus Rodolphus se hominem ligium Petri recognoscit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 51).

DCCCXLIX. — **Turris de Viviaco.**

1251, mense Januario.

Philippus de Turre, pretio XXX librarum Lausannensium, vendit Petro de Sabaudia partem suam Turris de Viviaco, homines de Chesia, advocatiam portus Valesiae, piscariam Rhodani et teloneum salis juxta Turrem Viviaci; quae omnia tenet in feodum a comitibus Gebennensibus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sabaudiae*, Fasc. I, n. 8).

DCCCL. — **Jaquetus de Estaveye.**

1251, 2 d. Februarii. Apud Lustriacum.

Jaquetus de Estaveye, de consilio amicorum suorum, donat Petro de Sabaudia portionem suam de castro et villa de Estaveye, et promittit esse bonus guayrenz de dicto allodio. Petrus autem de Sa-

baudia Jaqueto donat praedictum allodium in feodum, atque ab eo accipit homagium et fidelitatem contra omnes, praeter contra dominum de Herber. Si contingat ut Jaquetus duos filios habeat, unus erit ligius homo domini de Herber, alter Petri de Sabaudia. Si unum tantum habeat, hic feudum recipere debeat a Petro de Sabaudia.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waudi*).

DCCCLI. — **Villa de Bergoin.**

1251, 14 d. Februarii. Apud S. Genisium.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia, ad instantiam nobilis viri A. domini de Turre concedit Petro de Sabaudia fratri suo villam de Bergoin, quam dominus de Turre Petro praedicti concesserat tenendam usque ad triennium, salvo omni usagio et servitio comitis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cam.-Comp.* inter chartas Burgundicas et Delphinales, Fasc. XIV).

DCCCLII. — **Gerrus de Maso.**

1251, mense Februario. Gebennis.

Gerrus de Maso facit fidelitatem Petro de Sabaudia, et promittit juvare eum contra omnes, salvis comite Burgundiae et fratribus suis; qui Comes eum excepit de domo sua cum duobus paribus vestimentorum annuatim. Petrus de Sabaudia dicto Gerro donat in augumentum feudi sui decem libratas terrae.

(*Zibaldone Pingoniano* in R. Tab. Taurinensi adservato. WURSTEMBERGER, *Historia Petr. II, Prob.* pag. 148, Doc. 268).

DCCCLIII. — **Castrum Dentesiaci.**

1251, 15 d. Aprilis. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae, donat Petro fratri suo totum jus sibi competens in castrum Dentesiaci, et quicquid illic tenuerat a patre suo Thoma comite.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 87).

DCCCLIV. — **De Villa Bergoin.**

1251, 16 d. Aprilis. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio, concedit Petro de Sabaudia fratri suo licentiam emendi vel acquirendi in territorio de Bergoyn campos, vineas prata, nemora, etc. Concedit etiam Alberto de Turre, ut a dicto Petro recuperet villam de Bergoyn illi obbligatam, soluto pretio obligationis.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 85).

DCCCLV. — **Pedagium S. Genisii.**

1251, 8 d. Maii. Apud Viollitum.

Concedit Thomas de Sabaudia, quod pedagium, quod debet percipi apud Borgundiam, percipiatur apud S. Genisium, quamdiu karissimus frater suus Petrus de Sabaudia tenebit Willelmum de Borgundia, et quamdiu illi placuerit, ut capiatur dictum pedagium apud S. Genisium.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* Doc. 272, p. 144, *Inv. Sabaudiae,* Fasc. I, Conv. n. 4, ch. 89).

DCCCLVI. — **Thoma de Sabaudia ab excomunicatione absolvitur.**

1251, 23 d. Maii. Perugiae.

Innocentius IV. P. M. episcopo Novariensi mandat, ut absolvat Thomam de Sabaudia comitem ab excommunicatione, quam incurrerat per reconstructionem Castri Montozolensis ad ecclesiam Taurinensem spectantis; et ut procuret pacificationem praefati Thomae cum Ecclesia et clero Taurinensi cum diremtione discordiae obortae dicti castri causa.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle Papali,* Fasc. I, n. 23).

DCCCLVII. — **Castrum de Arunciaco et de Hyllens.**

1251.

Uldricus dominus de Arcuncie et de Alberc concedit Petro de Sabaudia castra de Arcuncie et de Hylleins, atque Petrus de mera li-

beralitate sua haec eadem castra pro homagio et servitio Uldrico praedicto concedit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Chart. Wandi.* Codex membr. fol. XII).

DCCCLVIII. — **Homines de Arunciaco et de Hyllens.**

1251, 2 d. Junii. Ind. x Apud Arcunciacum.

Petrus abbas Altae Ripae notum facit, quod homines Ulrici domini de Arberc in dominio Arunciaco et de Hyllens juraverunt castra de Arunciaco et de Hyllens custodire Petro de Sabaudia, eumque contra omnes juvare.

(E Tab. Epis. Friburgi. WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 146, Doc. 275).

DCCCLIX. — **Monitio Innocentii IV.**

1251, 9 d. Junii. Januae.

Innocentius IV P. M. Archiepiscopo Viennensi et episcopo Grationapolitano. Inter ceteros qui Apostolicae mansuetudinis sufferentia sunt abusi, de nobili viro.... Comite Sabaudiae justiorem et vehementiorem materiam romano Pontifici indignationis et admirationis praebuit. Ipse enim Frediricum quondam se pro Romano Imperatore gerentem et judicio Ecclesiae Sathanae traditum et a communione fidelium separatum in sua rebellione contra Deum suffulsit in multam sedis Apostolicae injuriam et jacturam, maledictionis, qua supplicium animabus infligitur, pertinax aspernator. Cum olim exercitus de gallicanis partibus in Italiam mitteretur, ut bellaret bellum Domini contra Cristianae religionis eversorem, idem Comes eidem excercitui non solum in terra sua, verum etiam circa eum in finibus alienis innocuum viae Regiae transitum impedivit. Insuper Ecclesiae Taurinensi castrum Ripularum et quaedam alia loca, Dei abiecta reverentia, occupavit, atque adhuc occupata detinet. Qua de re pontifex maximus Archiepiscopo et episcopo praecipit, ut quatenus ad ipsum Comitem accedant, eumque peremptorie moneant, ut usque ad duos menses, a monitionis tempore computandos, de damnis, expensis et injuriis plenariam ad mandatum et beneplacitum ipsius pontificis satisfactionem impendat, Repularum castrum Electo Taurinensi cum fructibus sive proventibus, restituat.

Alioquin personam ejus ex tunc excomunicationis sententia ac terram universam sua juridictione suppositam ecclesiastico interdicto subiiciet. D. Januae V Idus junii anno VIII.

(Berger, *Les Registres d'Innocent IV*, Tom. II, Doc. 5348, pag. 5842).

DCCCLX. – **Castrum Montoxoli et Castrum Vetus.**

1251, 2 d. Julii. Ind. ix. Taurini.

Galfredus archidiaconus et Gotifredus praepositus Thaurinensis cum capitulo et canonicis ejusdem eccelesiae, fratribus minoribus, fratribus humiliatis, hospitalariis et templariis et quibusdem cappellanis, coram Laurencio episcopo Roffrensi interrogati per eundem episcopum in praesentia Thomae de Sabaudia comitis, si dictum comes tenebat aliquas res, possessiones seu jura pertinentia ad episcopatum seu episcopum Thaurinensem, responderunt non, quod scirent, excepto castro Montoxoli et castro Vetere, quae castra erant in dispositione domini papae. Cui comes dixit, quod si quae tenebat de praedictis, paratus erat dicto episcopo restituere in manibus dicti episcopi Roffrensis, nomine Electi Thaurinensis recipientis.

Item in plena contione civitatis Thaurinensis more solito congregata et coram dicto Laurencio episcopo Roffrensi et omnibus aliis superius nominatis dixit Thomas de Sabaudia comes, quod bona fide rehedificaverat castrum Montoxoli ad instanciam et preces clericorum et laicorum civitatis Thaurinensis pro bono et utilitate Ecclesiae Thaurinensis et totius civitatis, et fuerunt omnes interrogati per eundem comitem et praedictum episcopum Roffrensem, si erat verum. Responsum dederunt omnes quod sic erat verum. Et ibidem praesertim quidam canonicus Thaurinensis confessus fuit « quod si castrum Montoxoli ad manus Electi seu episcopi Thaurinensis pervenerit, quod ipsum nullo modo tenere poterit per biennium, quando perveniet ad manus inimicorum Ecclesiae Taurinensis ».

Actum in Thaurin... in porticu majoris ecclesiae.

Testes: Bonifacius Arpinus, Jacomacius Becutus thaurinius, Jacobus Trombator et plures alii. Jacobus Cornalle notarius interfuit et hanc cartam tradidit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Cartario Sabaudo*, Vol. I, col. 221, in serie *Protocolli dei Segretari ducali*, f. 226. Transcripsit Philippus Saraceno).

DCCCLXI. — **Innocentius IV Thomam de Sab. absolvit.**

1251

« Papa recessurus a Janua quosdam nobiles, quos in die Coenae horribiliter excommunicaverat, ad pacem Ecclesiae, missis pacificis nunciis ac solennibus, studet revocare. Quorum unus fuit Thomas de Sabaudia, cui neptem suam matrimonio satagebat copulare..... Thomae insuper de Sabaudia, quondam comiti Flandriae..... neptem dedit dominus Papa matrimonialiter copulandam, absoluto a vinculo sententiae, qua fuerat innodatus, et quam multos ei reditus contulit cum pecunia numerata. Praecipitque districtius annuos reditus, quos de Flandria fuerat recepturus, ex tum integre solvi sine difficultate. Et quia ex inhibitione papali retenti fuerant per plures annos, quoniam excommunicatus extitit, imperavit dominus Papa, ut ex tunc omnes retrodebiti solverentur reconciliato. Tantae nempe virtutis fuerant illae sacrae nuptiae, ut de filio irae filius fieret gratiae et vas electionis. »

(Mattheus Paris, *Hist. Major*, pag. 825).

DCCCLXII. — **Transactio inter Thomam de Sabaudia et Electum Taurinensem.**

1251, 3 d. Julii, Ind. ix (?)

Cum inter Johannem Thaurinensem Electum et nobilem virum Thomam de Sabaudia quondam comitem Flandrensem quaestio orta esset super castris Montixoli, castri Veteris et Montiscallerii, quod factum dicitur de Testona, castris Lancei et Ripularum, quae ad manus ipsius Comitis pervenerant tempore, quo idem Comes Friderico adesit. propter quae et alios excessus excommunicationis fuerat vinculo innodatus, dominus papa venerabilibus patribus Octaviano S. Mariae in via lata et Johanni S. Nicolai in carcere Tulliano diaconis, eam de plano et sine judicii strepitu sive debato terminandam commisit.

Quocirca Comes promisit Electo Taurinensi restituere castrum Montoxolii infra quindecim dies, et de castro Veteri, quod idem Comes dixit obligatum esse quibusdam astensibus pro sexcentis libris imperialibus, promisit quod infra tres menses castrum illud restituet. Et si castrum non fuerit restitutum, sexcentas libras imperiales persolvere teneatur, quas Bonifacius Bonseyguoures mercator senonensis con-

fessus est se in deposito, domini papae nomine detinere. Et praefati cardinales se obligaverunt in praedictum Comitem ex nunc excommunicationis sententiam promulgare, si non actenderet omnia et singula supradicta.

Super facto Montiscalerii, quod dicitur factum de Testona, Electus de plano, summarie et sine strepitu judicii probare debeat, quae idem vel praedecessores sui habuerunt in Testona vel hominibus in Montecalerio habitantibus, et tunc comes ea Electo relinquet.

Super castro Lancei, Electus et Comes promittunt stare beneplacitis et mandatis papae, et Comes confitetur se nullum jus habere in illo castro, quod a dominis ejusdem castri fuit sibi in custodia commendatum.

Ad castrum Rippolarum quod attinet, Comes declarat illud non tenere, sed tenuisse nomine Amedei comitis Sabaudiae fratris sui.

De quibus omnibus se fidejussores constituunt Bonifacius marchio Montisferrati pro mille (marchis), Bastardinus pro quinquaginta, abbas Secuxiae de papae mandato pro centum, magister Stephanus de Molletto archidiaconus pro centum, et magister Hugo de mortuo mari, officialis cantuariensis pro centum marchis.

Acta in praesentia patrum cardinalium Octaviani S. Mariae in via lata et Johannis S. Nicolai et Carceris Tulliani. Leonardus de Trebin S. R. E. scrinarius scripsit.

Datum apud pontem sturiae in Ecclesia S. Agathae.

(E R. Tab. Archiep. Taurinensi, Cat. I, Fasc. I, n. 28. *M. H. P.* Chart. I, col. 1409). Datum dicitur « anno 1251, Pontificatus Domini Papae Innocentii IV anno nono, Indicione nona, mense Julii die tercia. »

Sed annus decimus Pontificatus Innocentii IV jam die xxv Junii initium habuerat. Exemplar quod extat in R. Tabulario Taurinensis, haec praebet: « Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, pontificatus domini Innocentii Papa Quarti anno nono Idus novembris mense Julii die tertia Octobris. » Quae non facile intelliguntur).

DCCCLXIII. — **Castrum Dentesiaci.**

1251, 5 d. Julii. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae, donat Petro fratri suo in meliorationem feudorum suorum, partem suam castri Dentesiaci, et quidquid illic juris possidebat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.*, Fasc. I, n. 92, sub anno MCCLV, quo anno Amadeus IV jam vita concesserat).

DCCCLXIV. — **Donatio Aymonis de Fuciniaco Petro de Sabaudia.**

1241, 20 d. Augusti.

Aymo dominus Fuciniaci, causa dotis, donat Petro de Sabaudia, marito Agnetis filiae suae, omnes terras suas, excepta dote Beatricis filiae ipsius Aymonis, retinens tamen in dictis terris usufructum ad totam vitam suam.

Testes: Philippus Lugdunensis Electus, Willelmus de Greisiaco, Humbertus de Fernay, milites, magister Willelmus de Soron et alii.

(E R. Tab. Taurinensi. *M. H. P.* Chart. II, col. 1501).

DCCCLXV. — **Feudum Jacobi de domo Murenchi.**

1251, 6 d. Octobris.

Jacobus de domo Murenchi, recognoscit se tenere in feudum a Petro de Sabaudia feudum triginta posarum, quod tenebat antea a dapiferis Lausannensibus, et quod situm est prope Meldunnum; Petrus vero de Sabaudia ei solvet decem annuos solidos reditus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 67).

DCCCLXVI. — **Petrus et Philippus de Sabaudia.**

1251, 8 d. Octobris. Apud Cameram.

Petrus de Sabaudia Philippum electum Lugdunensem fratrem suum rogat, ut si burgenses de Friburgo, vel quicumque alii ejusdem terrae contra voluntatem suam aliquid fecerint, resistat pro virili, eosque eorumque res capiat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. I, n. 6.

DCCCLXVII. — **Innocentius IV archiepiscopo Tarantasiensi.**

1251, 11 d. Nov. Perugiae.

Innocentius IV P. M. Archiepiscopo Tarantasiensi mandat, ne patiatur Thomam de Sabaudia turbari in possessione et imperio Taurini, montis Calerii, Caburredi, Montozolii et civitatis Iporegiae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle Papali*, Fasc. I, n. 26).

DCCCLXVIII. — **Guilelmus de Rupe.**

1251, 18 d. Novembris.

Willelmus de Rupe et Alberc promittit fidelitatem Petro de Sabaudia pro castris de Argúntio et de Hyllens, et Udricus de Hyllens cedit jus suum.

(*Zibaldone Pingoniano*, in R. Tab. Taur. adservato).

DCCCLXIX. — **Promissio Beatricis de Jaiz.**

1251, 23 d. Novembris. Apud Jaiz.

Beatricia, filia et Heres Amedei quondam domini de Jaiz, assentiente Vullielmo comite Viennensi tutore suo, promittit et jurat Petro de Sabaudia, quod non accipiet maritum sine consilio et voluntate ipsius Petri, vel Philippi Electi Lugdunensis fratris ejus. Si vero contra praedictam promissionem faceret, dat eidem Petro et relinquit in perpetuum totam haereditatem suam de Jaiz.

Testes: Archiepiscopus Lugdunensis, J. abbas S. Eugendi, W. comes Viennensis, tutor Beatriciae, G. de Boagiaco, B. mater Beatriciae.

(E R. Tab. Taurinensi, Guichenon, *Hist. Gen.*, *Preuves*, p. 74. Wurstembergerius mendosam hanc chartam existimat, ad nomen *Beatriciae* quod attinet, autumatque Leonetam de Jaiz respicere, de qua in charta subsequenti. Ego quoque id suspicor, praesertim quia in Doc. DCCCLXXXI duo Leonetae sorores, Margarita atque Isabella, memorantur, nulla vero Beatricia vel Beatrix).

DCCCLXX. — **Promissio Leonetae de Jaiz.**

1251, 23 d. Novembris. Apud Jaiz.

Leoneta, filia et heres Amedei quondam domini de Jaitz, assentiente Willelmo comite Vyennensi tutore suo, promittit et jurat Petro de Sabaudia, quod non accipiet maritum sine consilio et voluntate ipsius Petri, vel Philippi Electi Lugdunensis fratris ejus. Si vero contra praedictam promissionem aliquid faceret, dat eidem Petro et relinquit in perpetuum totam haereditatem suam de Jaiz.

Testes: J. episcopus Lausannensis, Jo. abbas S. Eugendi, W. comes Viennensis tutor Leonetae, G. de Baugia, B. mater Leonetae.

(E Tab. Diviosiensi. Wurstemberger, *Hist. Petri II*, *Probat.* Doc. 284).

DCCCLXXI. — **Castrum Gorini et Castrum Vetus.**

1251 (?) xv kalendas..... pontificatus Innocentii IV. Anno nono. Perusii.

Innocentius IV P. M. Thomae de Sabaudia comiti per quatuor mensium spatium restitutionis castri Gorini Albensis et Castri veteris terminum prorogat, quod Astenses inimici sui illa detinent occupata.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi Innoc. IV*, Fasc. I, n. 1. *M. H. P.* Chart. I, col. 1412).

DCCCLXXII. — **Aymo de la Sarrata et Ricardus de Bello Monte.**

1251, 28 d. Novembris. Apud Jaiz.

Aymo de la Sarra et Ricardus de Bello Monte relinquunt Petro de Sabaudia decimas de Thyerrens, de S. Ciriaco, de Ogens, de Palliez, Montis S. Martini, S. Petri de Arguncie, de Escotaz, de Perimasans, minorum et majorum Masseres, de Maillie et de Palisues.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 21).

DCCCLXXIII. — **Aymo de Serrata.**

1251, 28 d. Novembris. Apud Jaiz.

Aymo de Sarrata fatetur se tenere a Petro de Sabaudia, ratione feudi, castrum de Bellomonte, dioecesis Lausannensis, quod a se, ratione retro feudi, tenet Richardus de Bellomonte.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waudi*, Fasc. I, n. 70).

DCCCLXXIV. — **Feudum Ricardi de Bellomonte.**

1251, 28 d. Novembris. Apud Jaiz.

Aymo de Serrata cedit Petro de Sabaudia homagium feudi, quod Ricardus de Bellomonte recognoscebat tenere ab ipso Aymone, et quod dominus de Roa recognoscebat se tenere a praefato Ricardo; videlicet decimas de Thyerrens, de S. Ciriaco, de Ogens, de Pallie, de Monte S. Martini ante Orons, de S. Petro de Arcuncie, des Escotaz et de Parmesans.

(E R. Tab. Taurinensi, *Inv. Feudi Waudens.* V. Vurstembergeb, *Hist. Petri II*, *Prob.* pag. 150, Doc. 286).

DCCCLXXV. — **Petrus de Willeris.**

1251, 30 d. Nov. Lausannae.

Petrus de Turre, miles sedunensis, scribit Petro de Sabaudia et Petro de Grancon, se guerpisse feudum, quod tenebat a Petro de Sabaudia, Petro de Willeris, militi, quem Petro de Sabaudia commendat, ut illum investiat de dicto feodo.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 4. Wurstemberger, Loc. cit., pag. 151, Doc. 286[b]).

DCCCLXXVI. — **Molendina in Aqua Grana.**

1251, mense Novembris.

Willelmus de Endelisberg miles vendit Petro de Sabaudia duo molendina in Aqua Grana, subtus Maissiere, prope Rotundum montem, pro viginti libris Lausannensibus.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.* Fasc. IV, n. 55).

DCCCLXXVII. — **Henricus III rex Angliae.**

1251.

Potestas Henrici III regis Angliae Petro de Sabaudia commissa, mutuandi ad usum regis quinque millia marchos sterlingorum.

(Vurstemberger, *Hist. Pet. II, Prob.* pag. 151, Doc. 287[b]).

DCCCLXXVIII. — **Mercatores Placentini.**

1251.

Transactio Petri de Sabaudia cum nonnullis mercatoribus Placentinis, quibus conceditur transitus liber per dominia Petri, sub conditione thelonei cujusdam solvendi.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waud.* Fasc. I, n. 22).

DCCCLXXIX. — **De captivis Friburgensibus.**

Sine anno et loco (1251?).

Hermanus comes et Margaretha comitissa de Kybor fratrem suum Petrum de Sabaudia, militem illustrissimum, rogant, ut cives Friburgenses captivos eorumque res liberaliter restituat; et illi super hanc rem colloquium proponunt.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waud.* Fasc. IV, n. 37).

DCCCLXXX. — **Leona et Ysabella de Gay.**

1252, mense Januario. Apud Berion.

Simon filius Simonis q. de Joinville uxorem ducit Leonam filiam q. Amadei domini de Gay, et promittit Petro de Sabaudia et Philippo Electo Lugdunensi, solvere in dotem Margaretae, filiae praedicti Amedei ducentos marchos argenti et decem libratas Gebennenses terrae census annui. Eandem pecuniam promittit Isabellae, alteri filiae ejusdem q. Amedei, eadem ratione dotis causa matrimonii sui.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Sab.* Fasc. I, n. 45. Vurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 152, Doc. 290).

DCCCLXXXI. — **Sententia Amadei IV.**

1252, 3 d. Jan. Ind. x. Apud Aquam bellam.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio litem inter Amedeum Mauriannensem episcopum et Petrum de Camera propter jura ad episcopium pertinentia in parochia S. Remigii tigniaci et S. Stephani de Cuina ex donationibus a comite Sabaudiae factis, habito proborum et peritorum virorum consilio, componit.

Testes fuerunt Guillelmus de Villeta, Petrus de Ponte, Boso de Cuina, Philippus de Morestello, Giraudus de Cuina, Rostannus de Rupecula, Petrus de Turnio, Bernardus de Guado, Humbertus de Mailles, Antelmetus de Miolans, Humbertus Mareschalli, Petrus Mareschalli et plures alii.

Jacobus Barberii Imperii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E Tab. Epis. Mauriannens. Edid. Cibrario et Promis. *Doc. Mon. Sig.* pag. 183).

DCCCLXXXII. — **Bulla Innocentii IV.**

1252, 4 d. Februarii.

(Bulla Innocentii IV P. M., quam sub hac die in *M. H. P.*, Chart. II, col. 1507 legitur, anno 1254, d. 30 Julii data fuit, scilicet III kal. Augusti pontificatus (Inn. IV) anno undecimo).

DCCCLXXXIII. — **Walcherus de Biolon.**

1252, 4 d. Martii (die lunae proxima post Dominicam Oculi mei).

Walcherus de Biolon dictus Boyllicus confitetur se esse hominem ligium Petri de Sabaudia, tali conditione, quod non possit aut debeat se ponere in dominium alterius, dum dominus Petrus gageriam de Bioley obtinebit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waudense,* Fasc. I, n. 51).

DCCCLXXXIV. — **Jacobi de Quarto donatio.**

1252, 27 d. Martii. Ind. x. Apud Chillon.

Jacobus de Quarto f. q. Jacobi portae S. Ursi Augustae donat Amedeo comiti Sabaudiae et in Italia marchioni quidquid habet et possidet in tota valle Augusta et in intermontibus, in castris, munitionibus etc, salvo usufructu, quod sibi retinet dum vixerit, et salvo quod possit donare et vendere de allodio suo usque ad centum libras viennenses annuatim; et salvo eo quod si heredem habuerit de uxore sua legitima, ille heres possit succedere in praedictis bonis, et salvis decem millibus solidis Viennensibus, quos comes tenetur solvere uxori praedictae Jacobi pro dote sua, et decem libras Viennenses, quas eidem dominae comes assignare debet in valle Augusta, seu in Sabaudia, ubi dictae dominae magis placuerit.

Testes: Humberto de Saissello, Humbertus Castellanus Avillianae, Magister propearus, Lumbardus officialis curiae comitis, Guillelmus Salarthenex Seneschallus comitis, Rudulphus cappellanus praeceptor hospitalis villae novae, Johannes ejusdem hospitalis cappellanus.

Jacobus Barberii S. Imperii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(Recueil des Franchises et Privilèges du duché d'Aoste.

DCCCLXXXV. — **Amadeus IV ab excomunicatione absolvitur.**

1252, 20 d. Aprilis. Perusii.

Innocentius IV P. M. Archiepiscopo Viennensi mandat, ut Amedeus comes Sabaudiae absolvatur ab excommunicatione, quam incurrerat, sequendo partes Friderici Imperatoris.

(E R. Tabulario Taurinensi, *Bolle papali*, Fasc. II, n. 2).

DCCCLXXXVI. — **Uldricus Mistralis Villae novae.**

1252, 22 d. Aprilis. Actum apud Petram Castelli;
scriptum postomodo v nonas Maii.

Compositio inter Amedeum comitem Sabaudiae et marchionem in Italia cum Uldrico Mistrali Villae novae propre Chillon, facta coram domina M. comitissa matre Amadei comitis et Philippo Electo Lugdunensi, super quaedam molendina, quae cum reditibus suis remanent Uldrico. Amedeus dictum Uldricum investit de mistralia Villae novae et omnibus feudis, quae ab illo tenebat apud Chillon et Villam novam.

Testes: Petrus decanus Rimilliaci, Umberto de Saysello, Petrus officialis Curiae comitis, Umbertus marescalcus Castellanus Avillianae, Boso da Moscon, Vuillelmo de Vileta, Jacobus notarius.

(E R. Tab. Taurinensi, *Mon. Hist. Pat.* Chart. II, col. 1518. Pingonius, (*Zibaldone*) hanc compositionem sic abbreviavit: « Amedeus comes Sabaudiae « componit discordiam inter H. comitissam nostram, Philippum Electum pro Lugduno et Uldricum etc. » Patet Pingonium male legisse actum, jamque conjectare licet non bene in aliis actis nunc deperditis legisse *B.* vel *Beatricem comitissam* pro *Margarita* Thomae comitis uxore et Amadei IV matre, aliaque hujuscemodi, quae in *Zibaldone* festinantius injecit).

DCCCLXXXVII. — **Uldricus Mistralis Villae novae.**

1252, 8 d. Maii. Ind. x. Petrae Castelli.

Conventio Amedei comitis Sabaudiae cum Uldrico Mistrali Villae novae apud Chillon super quaedam molendina, quae permanent Uldrico titulo feodi comitis. Reservatur Libertas, quam Thomas comes, pater Amedei comitis, fecerat hominibus dictae Villae novae.

Praesentibus comitissa matre comitis, et Philippo Electo Lugdunensis Ecclesiae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Duc. Savoia*, Fasc. I, n. 4).

DCCCLXXXVIII. — **Castrum Tornonis.**

1252, Die mercurii ante festum S. Dionysii.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Italia fratri suo B. Cantuariensi archiepiscopo donat castrum Tornonis, una cum domo apud S. Helenam, quae ad dictum castrum pertinet.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 59).

DCCCLXXXIX. — **Confirmatio libertatis Villae Novae Chillionis.**

1252, 18 d. Maii. Ind. x.

Amedeus comes Sabaudiae confirmat civibus et habitatoribus Villaenovae chillionis libertates illis (*anno* 1214, *mense Aprili*) a Thoma comite Sabaudiae patre suo, concessas. Solvant dicti de Villanova, pro ripa lacus castellano de Chillon, XL solidos Lausannenses annuos. Conceduntur illis duo nundinae in anno, et mercatum in omni feria quarta. Jura comitis reservantur: iudicium majus, et eavalcata per totam Dioecesim Sedunensem, ita tamen, ut quotidie ad domos reverti possint militantes. Census annuus de omni tesa terrae ante domos sita, octo denarii; de omni vendita domorum decimus tertius denarius, dictus trecenum, et totidem pro laude.

Sequuntur statuta poenalia, quae statutis aliorum Communium similia sunt.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, Probationes*, Doc. 298*, cum hac nota: « Autent. olim in Archivio oppidi Villaenovae prope Chillon. Epitome, in linguam gallicam translata in collectione manuscripta documentorum Waudensium, Chablasiensium et Burgundicorum in possessione privata). »

DCCCXC. — **Guilelmus Romanorum Rex hominibus Canapicii.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex mandat comitibus Canapicii, ut obediant Thomae de Sabaudia comiti, tamquam vero Domino suo, ratione

donationis et concessionis in feudum ei factae a rege dicti dominii Canapicii, praestentque ei fidelitates debitas sub comminatione indignationis regiae et mulctae mille marcharum argenti puri.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.*, Fasc. II, n. 2).

DCCCXCI. — **Guilelmus Rom. Rex Clero Iporegiensi.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex mandat clero Iporegiensi, ut obediant Thomae de Sabaudia comiti tamquam vero Domino suo, propter concessionem in feudum a Rege factam dominii Canapicii etc., sub comminatione indignationis regiae etc.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.*, Fasc. II, n. 2).

DCCCXCII. — **Guilelmus Rom. Rex Episcopo Iporegiensi.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex mandat episcopo, capitulo et clero Iporegiensibus, ut obediant Thomae de Sabaudia comiti tamquam vero domino, ratione concessionis a rege factae dominii Canapicii, sub comminatione regiae indignationis etc.

(E R. Tab. Taurinensi, *Dipl. Imp.*, Fasc. II, n. 5).

DCCCXCIII. — **Guilelmus Rom. Rex Clero et populo Taurinensi**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex mandat clero et populo Taurinensi, ut obediant Thomae de Sabaudia comiti, tamquam vero domino ratione concessionis in feudum a Rege factae, sub comminatione indignationis regiae.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.*, Fasc. II, n. 11).

DCCCXCIV. — **Guilelmus Rom. Rex Clero et populo Iporegiensi.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex mandat clero et populo Iporegiensi ut obediant Thomae de Sabaudia comiti, tamquam vero domino, ratione

concessionis in feudum a Rege factae, sub comminatione indignationis regiae.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.*, Fas. II, n. 7).

DCCCXCV. — **Guilelmus Rom. Rex Mediolanensibus.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorom rex jubet communitatem mediolanensem, ut auxilium ferat Thomae de Sabaudia comiti, ad defendendas terras illi a Rege concessas contra adversarios suos.

(*Zibaldone Pingoniano*, quod in R. Tab. Taurinensi adservatur. WURSTEMBERGER, *Hist. Petri II*, *Probationes*, pag. 156, Doc. 299c).

DCCCXCVI. — **De Astensibus, Cariensibus et Albensibus.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex, rogat omnes fideles Imperii, velint juvare comitem Thomam contra Astenses, Karienses, Albenses, ut contra proditores Imperii.

(*Zibaldone Pingoniano*, quod in R. Tab. Taurinensi adservatur. WURSTEMBERGER, Loc. cit., pag. 156, Doc. 300).

DCCCXCVII. — **Guilelmi Rom. Regis mandata.**

1252, 22 d. Maii. Trajecti ad Mosam.

Mandata specialia Willelmi Romanorum Regis

I. Dominis de Non.
II. Dominis de Plosasco.
III. Dominis de Lancio.
IV. Potestati Montis Calerii.
V. Nobilibus Canapicii.

(E R. Tab. Taurinensi. *Diplom. Imperialia*, Fasc. II, n. 8, 10, 12, 13).

DCCCXCVIII. — **Guilelmus Romanorum rex.**

1252, 22 d. Maii. Ind. x. Trajecti ad Mosam.

Willelmus Romanorum rex Electum et capitulum Taurinensem certiores facit concessisse Thomae de Sabaudia comiti et haeredibus suis

omnia jura et dominia, quae in civitate et Dioecesi Taurinensi ipse Rex ratione imperii habebat, mandatque ut dicto comiti tamquam vero suo Domino obediant, sub comminatione Regiae celsitudinis et majestatis indignationis, et poena mille marcharum argenti ,puri.

(E R. Tab. Taurinensi, GUICHENON, *Hist. Gen.*, *Preuves*, pag. 94).

DCCCXCIX. — **Taurinum.**

1252, 22 d. Maii. Ind. x. Trajecti.

Wullielmus Romanorum Rex Thomae de Sabaudia comiti in feudum concedit civitatem et pontem Taurinensem, et Bastiam juxta dictum pontem, Villam et pontem Montiscalerii, dominia castrorum Ripularum, Colegii, Montosolii, Castri veteris, Cavurreti, feudum illorum de Plosasco ab Imperio, quod est parvum pedagium in Taurino, scilicet quatuor denarios in Trosello, feudum de Broni, quod est castrum antiquum et dirutum cum quadam parva villa, feudum Bertholdi de Non et fratrum ejus, videlicet quamdam Villetam sive forteretiam inter montem Calerium et Karium, vocatam Villam, et fines de Celles cum omnibus allodiis, feudis etc. in civitate et dioecesi Taurinensi, praeter homagia marchionis Montis Ferrati et Saluciarum, civitatem yporeggiae et totum dominium Canapicii, et castri Lancei cum omni jure, honoribus, plateaticis, furnis argentariis, angariis, perangariis etc. viis publicis, fluminibus, mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda. Ad haec concedit, ut possit per totam terram suam monetas de novo cudere, nundinas, mercata et pedagia seu Thelonia costituere.

Testes: Frater Hugo, presbiter cardinalis titulis S. Sabinae Apost. Sedis Legatus per Alemaniam, Abbas S. Trudonis capellanus regis, Johannes de Ambleone,, decanus S. Andreae Gratianopolitanae dioecesis, capellanus papae, Humbertus capellanus Yennae.

(E R. Tab. Taurinensi. *Dipl. Imp.*, Fasc. II, n. 8. GUICHENON, *Hist. Gen.*, *Preuves*, pag. 98).

CM. — **Castrum Montosoli.**

1252, 28 d. Maii. Perusii.

Innocentius IV P. M. episcopo Novariensi mandat, ut ab excommunicationis sententia Thomam de Sabaudia comitem absolvat, quam incurrerat propter reedificationem castri Montosoli ad ecclesiam Tau-

rinensem spectantis, et hujusmodi negotium juxta formam illi traditam terminet.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi Inn. IV*, Fasc. I, n. 23. *M. H. P.* Chart. I, col. 1467, anno 1251. Sed Innocentius IV Pontifex creatus fuit xxv die Junii 1243; bulla de qua agitur, data est 28 die Maii, pontificatus ejus anno nono: ergo anno 1252).

CMI. — **Castrum de Non.**

1252, 2 d. Junii. Assisii.

Innocentius IV P. M. Villelmum regem romanorum rogat, ut Thomae de Sabaudia comiti concedat castrum de Non, ejusque comitatum inter Alexandriam et civitatem Astensium. Anno pontificatus IX.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen.*, *Preuves*).

CMII. — **De Castro Ripularum.**

1252, 4 d. Junii. Perusii.

Innocentius IV, P. M. Thomam de Sabaudia comitem rogat, ut super facto castri Ripularum et omnibus aliis quaestionibus inter eum et Electum Taurinensem motis, amicabilis compositio intercedat. Ut autem hujusmodi compositio possit facilius pervenire, illum a juramento, si quo teneretur, quod compositionem non faciet cum Electo, absolvit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi Innoc. IV*, Fasc. I, n. 24, *M. H. P.* Chart. I, col. 1408, anno 1251).

CMIII. — **De feudis Friderici de Romagnano.**

1252, 10 d. Julii.

Thomas de Sabaudia comes Friderico de Romagnano confirmat omnes terras etc., quas habet in Pedemonte, in podio vel in plano de feudo comitatus Sabaudiae.

(Durandi, *Piemonte Traspadano*, p. I, pag. 102).

CMIV. — **Foedus Sedunensis. epis. et Bernensium.**

1252, 17 d. Julii. Actum Leuche.

Foedus inter Henricum sedunensem episcopum et cives Bernenses: episcopus promittit juvare Bernenses contra omnes homines, exceptis Romano pontifice, Archiepiscopo Tarantasiensi et comite Sabaudiae.

(E Tab. Civ. Bernensis. Edid. Cibrario et Promis, *Doc. Sig. Mon.* pag. 189).

CMV. — **Bonifacius de Sabaudia Archiep.**

1252, 20 d. Julii. Perusii.

Innocentius IV P. M. Bonifacium de Sabaudia, archiepiscopum Cantuariensem redarguit, quod priorem et capitulum S. Trinitatis spoliaret ecclesia de Bixle, iubetque eam restituere sine mora.

(Rymer, Foedera, I, 288).

CMVI. — **Pax inter Thomam de Sab. et Comm. Astense.**

1252, 28 d. Julii. Ind. x. Astae.

Pax et concordia celebrata inter commune Astense et Thomam de Sabaudia, qui dicitur de Flandria, in qua actum est de Caburreto. Montesclario, de Nono, de Amedeo comite Sabaudiae, de auxiliis invicem dandis etc. Thomas deinde a Communi accipit Caburretum in feudum gentile, osculo pacis interveniente.

Nomina credendariorum: Guilelmus Alferius, Capra de Solario, Petrus Taracinus, Ruffinus Guttuarius rectores societatis baroniae militum; Thomas de Solario, Petrus de Laurenti, Raimondus Balbus, etc.

(*M. H. P.*, Chart. I, col. 1415; et *Cod. Ast. de Malabayla*, pag. 1006. Doc. 908. Hic obiter animadvertendum censeo *Beatricem comitissam*, ad quam spectat Doc. 906 an. 1268 Codicis Astensis de Malabayla (pag. 1020), Beatricem Flescam esse, alteram Thomae de Sabaudia comitis Flandriae uxorem, Innocentii IV neptem, non uxorem « Thomae I comitis Sabaudiae », uti perperam scribit auctor *Indicis hominum*, pag. 187, col. 2, tom. IV. Neque praetereundum est in eodem Indice male Doc. 907 an. 1278 (pag. 1025) ad Thomam Flandrensium comitem referri, vulgo Thomam II, qui anno 1259 vita excessit).

CMVII. — **Drodo de Bello.**

1252, 25 d. Augusti. Viennae.

Drodo de bello cantor ecclesiae Viennensis a Philippo de Savoia accipit in feudum liberum quidquid juris sui habet apud Juannages, inter Maysen et Monz eique homagium facit.

(E Tab. Cam. Comp. Gratianopolitanae, Edid. Cibrario et Promis *Doc. Sig. Mon.* pag. 192).

CMVIII. — **Testamentum Amadei IV.**

1252, 19 d. Septembris. Ind. x.

Amedeus comes Sabaudiae sanus mente, aeger corpore facit testamentum suum nuncupativum. Et primo instituit Bonifacium filium suum heredem in omnibus bonis suis sub tutela Thomae fratris sui. Si Bonifacius decederet sine herede masculo, Thomam de Sabaudia comitem, fratrem ipsius Amedei, heredem substituit. Beatricem q. uxorem Manfredi (III) marchionis Salutiarum, et Margaretam uxorem Bonifacii II marchionis Montisferrati, filias, heredes instituit in dotibus, quas pro eis praedictis marchionibus dedit, et omne legatum vel donationem, si quam fecit, revocat: Caeciliae uxori suae legat ad vitam, et dum sine marito steterit, terram quam tenet. Vult et praecipit quod Beatrix filia sua minor intret monasterium Bituminis et ibidem sit monialis. In hoc monasterio sepolturam suam eligit, eique legat molendina, quae habet apud Camberiacum; omnia vayssalamenta sua aurea et argentea et omnes annulos suos et omnia monilia, praeter grossum annulum, quem donat et dimittit Bonifacio filio suo. Sequuntur alia legata quibusdam ecclesiis pro remedio animae suae et parentum.

Testes: Jacobus abbas Secusiae, Thomas comes, Humbertus de Seysello, dominus G. frater ejus, Guillermus Phalastey, Rostagnius de Montemeliano, Hugo de Corianna, Guillermus de Cuyna, Guillermus de Coteyardis et alii fide digni.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen.*, *Preuves*, pag. 69).

CMIX. — **Donatio Agnetis de Fuciniaco.**

1252, 28 d. Septembris.

Agnes, domina Fuciniaci, donat omnia bona sua et possessiones et dominium suum Fuciniaci Petro de Sabaudia conjugi suo.

(BESSON, ***Mémoires sur les Diocèses de Genève, Tarantaise, Aoste, Maurienne et le Décanat de Savoie,*** p. 28).

CMX. — **Jacobus de domo Murenchi.**

1252, 28 d. Septembris.

Jacobus de Domo Murenchi de Melduno confitetur se tenere in feudum a domino Petro de Sabaudia triginta duo posas terrae, nemus de Ouiolet, et in campo de Bauma quinque posas.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Feod. Waud.*, Cod. membr. fol. 9).

CMXI. — **Locum de Sulz.**

1252, 14 d. Octobris. Apud Castrum Merspure.

Hartmannus junior, comes de Kyburg, remittit locum de Sulz Margarethae uxori patrui sui, quam materteram appellare consuevit, et promittit eam defendere contra quemcumque eam molestaret in bonis supradictis.

(E R. Tab. Taurinensi, *Mat. Principi,* Fasc. I, n. 17).

CMXII. — **Castrum Bardi.**

1252, 28 d. Octobris Ind. xv. Apud Augustam.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio donat Thomae comiti Flandriae et Haynaus nomine gentilis et nobilis feudi castrum Bardi cum pedagio Donacii, conditione apposita, ut ipsum castrum sibi reddere teneatur secundum quod consuetudo est in valle Augustana de castris.

Testes: Guigo de Hamaisino, Torencus de Chamberiaco, Goselinus de Chambueto, Rostannus de Ruppecula.

Jacobus imp. et com. Sabaud. notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, GUICHENON, *Hist. Gen., Preuves,* pag. 90).

CMXIII. — **Castrum Gorini, Castrum vetus Taurinensium.**

1252, xv kal. . . . . . Perusii.

Innocentius IV P. M. per duorum mensium spatium, et quatuor, si necesse erit, prorogat Thomae de Sabaudia comiti restitutionem castri Gorini Albensibus et castrum vetus Taurinensium ecclesiis, eo quod Astenses inimici sui illa detinent occupata.

(E R. Tab. Taurinensi, *Bolle e Brevi*, Fasc. I, suppl. n. 1).

CMXIV. — **Guilelmus comes Gebennensis Amadei IV nepos.**

1252, 6 d. Nov. Apud Domena.

Willelmus comes Gebennensis Amedeum comitem Sabaudiae et ducem in Chablayo et marchionem in Italia, Karissimum dominum et nepotem suum rogat, ut usagium feudi quod ab Amedeo tenebat, quodque Rudulfo primogenito suo dimiserat, ab ipso Rudulfo recipiat, eique contra omnes tamquam homini suo et consanguineo concilium et auxilium impendat.

(E R. Tab. Taurinensi. *Invent. Genev.*, Fasc. I, n. 10. Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 162, Doc. 809. Guilelmus II comes Gebennensis, frater Margaritae uxoris Thomae comitis Sabaudiae, avunculus Amadei IV, hunc « nepotem » appellat).

CMXV. — **Jacobus Flamens**

1252, mense Decembri.

Homagium et fidelitas Jacobi Flamens Petro de Sabaudia facta, de omnibus possessionibus suis in parrochia S. Albani.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Duc. Sab.*, Fasc. XVII, S. Alban, n. 1).

CMXVI. — **Balduinus de Insula.**

1252.

Matrimonium Balduini de Insula, filii et heredis Balduini de Insula, quondam comitis de Devon factum per Petrum de Sabaudia.

(Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 164, Doc. 818).

CMXVII. — **Petrus de Sabaudia.**

1252.

Exactum honoris Richemudiae de libertate Petri de Sabaudia.

(Wurstemberger, Loc. cit., pag. 164, Doc. 814).

CMXVIII. — **Manerium Wendour.**

1252.

Henricus III rex Angliae concedit Petro de Sabaudia liberam Warennam in omnibus dominiis ejus per totam Angliam.

Simul per aliam chartam dat illi Manerium Wendour in comitatu Buckingam, proveniens a donatione Ingelrami Fenys.

(Wurstemberger, Loc. cit., pag. 164, Doc. 815).

CMXIX. — **Episcopo et Cap. Taurinensi Innocentius IV P. M.**

1253, 28 d. Januarii. Perusii.

Innocentius Electum et Capitulum Taurinensem certiores facit se ratam habuisse cessionem jurium et rerum a Willelmo regi Romanorum Thomae de Sabaudia comiti factam, quae ipse rex ratione Imperii in civitate ac dioecesi Taurinensi habebat, hortaturque, ut studeant se favorabiles Thomae exibere, eique obedire, sub comminatione censurae ecclesiasticae.

(E R. Tab. Taurinensi. Guichenon, *Hist. Gen.*, *Preuves*, pag. 95).

CMXX. — **Comitissa Flandriae.**

1253, 4 d. Februarii. Assisi.

Innocentius IV P. M. dat Thomae de Sabaudia propter amorem quem habet pro Margarita comitissa Flandriae et quem habuit pro Johanna comitissa Flandriae, quondam uxore dicti Thomae, sex mille libras, ita quod propter jura sua in hereditatem Johannae debeantur illi sexaginta millia librarum Turonensium, quas debebat Guido comes Flandriae, filius dictae Margaritae comitissae, cujus summae Guido

facere debet obligationem. Datum feria iii post Purif. b. Virginis, anno X pontificatus.

(*Zibaldone Pingoniano*. Wurstemberger, *Hist. Petri II, Prob.* pag. 166, Doc. 320).

CMXXI. — **Canapicii donatio.**

1258, 9 d. Februarii. Perusii.

Innocentius IV P. M. confirmat donationem a Willelmo Rom. rege Thomae de Sabaudia comiti et suis heredibus utriusque sexus factam terrae Canapitii. Dat. v idus feb. anno X pontificatus.

(*Zibaldone Pingoniano*. Wurstemberger, Loc. cit., pag. 166, Doc. 321).

CMXXII. — **Domus Portarum.**

1258, 9 d. Aprilis.

Philippus primae ecclesiae Lugdunensis Electus et procurator ecclesiae Valentinensis exemptionem pedagii et usagii bestiarum et rerum per terram ecclesiae Valentinensis domui Portarum ab Humberto, quondam episcopo Valentinensi, concessam, confirmat.

(Extat Autog., in Tab. Ain, Titres de Portes. Edid. *Cartulaire Lyonnais*, par M. C. Guigne, Lyon, 1885, Doc. 495).

CMXXIII. — **Iter in Terram Sanctam.**

1258, 18 d. Aprilis. Apud Westmonasterium.

Petrus de Sabaudia per litteras patentes in tres chartas digestas promittit se corporaliter in Terram Sanctam profecturum, cum Henricus passagium suum ad terram praedictam faciet; Henricus autem propter hujusmodi peregrinationis debita subsidia statuit.

(E Tab. Turris Londinensis. V. Rymer, *Acta Pubblica*, I, 1, 172, nec non *Faedera*, I, p. 1288).

CMXXIV. — **Beatrix de Sabaudia Viennensis comitissa.**

1258, 22 d. Aprilis.

Beatrix de Sabaudia Viennensis et Albonensis comitissa recipit sub sua custodia, protectione et guidagio omnia bona et homines ab Ava-

lone inferius usque ad Gratianopolim, quae Guillelmus comes Gebennensis, avunculus ipsius Beatricis, legavit et assignavit pro dote dominae Alausiae, quondam uxoris suae, et Beatricis, amitae praedilectae.

(E R. Tab. Taurinensi, *Cam. comput.* Appendet Sigillum, in quo Beatrix equo insidens conspicitur. Guilelmus II comes Gebennensis erat avunculus major Beatricis, filiae Petri de Sabaudia, uti hoc stemma perhibet:

GUILELMUS I † 1226

Umbertus uxorem duxit Agnetem filiam Umberti III com. de Sab.	Guilelmus II † 1252 uxorem duxit Alicem de Turre Pini	Margarita nupta Thomae comiti Sabaudiae
		Petrus de Sabaudia
Ebalus † 1259		Beatrix

Beatrix de Sabaudia, Petri II filia, primum Widoni Viennensi, secundo Gastoni vice comiti Bearnensi nupta, obiit mense aprili anno MCCCX. Vide *Fasciculum Temporis* editum ab Eduardo Mallet, 1854).

CMXXV. — **Sedunensis epis. et Aymo dom. Fuciniaci.**

1253, 27 d. Aprilis. Lausannae.

Pax inter Johannem episcopum Lausannensem et Aymonem dominum Fuciniaci, quae extenditur in Petrum de Sabaudia et Rodulphum comitem Gebennensem. Concordiam ratam habet Petrus de Sabaudia.

(E R. Tab. Taurinensi, *Invent. Waudi*, Fasc. III).

CMXXVI. — **Magna Charta Angliae.**

1253, 13 d. Maii. Apud Westmonasterium.

In magnam chartam Anglicae libertatis magnates consensum praebent, et inter eos Petrus de Sabaudia, qui scripto sigillum suum adponit.

(Rymer, *Acta Publica*, I, 1, p. 173, *Faedera*, I, p. 290).

CMXXVII. — **Caecilia Comitissa.**

1253, 22 d. Maii. Apud Montem Melianum.

Thomas de Sabaudia comes Caeciliae comitissae, uxori fratris sui Amedei comitis, pollicetur se observaturum donationem redituum castrorum Montismeliani et Rupellae ab Amedeo Caeciliae factam.

(E R. Tab. Taurinensi, *Inv. Duc. Sab.*, Fasc. XV, n. 1).

CMXXVIII. — **Amadeus IV. Domus Burgeti.**

1253, 29 d. Maii. Ind. ii. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio domui de Burgeto donat retentionem salis in coquina et in mensa ejus, quam sibi reservaverat.

Testes: Amedeus Mauriannensis episcopus, R. abbas Altaecumbae, Jacobus abbas Stamedii, Humbertus et Gauterinus de Seysello fratres, Rodulphus de Geneva comes, Rostanus de Ruppecula, Petrus Molars, Willelmus Marescal, Guido de Ruppecula, Ugo de Monciaco et plures alii.

(E Tab. Eccl. Burgeti. Guichenon, *Hist. Gen. Preuves*, pag. 68).

CMXXIX. — **Testamentum Amadei IV.**

1253, 24 d. Maii. Apud Montem Melianum
in Camera Comitis.

Amedeus comes Sabaudiae heredem universalem instituit Bonifacium filium suum, sub tutela Thomae comitis. Si Bonifacius decedet sine filiis masculis, illi Thomas comes succedat. Heredes particulares constituit Beatricem marchionissam Salutiarum et Margheretam Montisferrati. Legat Caeciliae comitissae castrum Montis Meliani ad dies vitae ejus. Eligit tumulum suum Altaecumbae et pluribus aedibus sanctis legata destinat.

(E R. Tab. Taurinensi, *Testam. Principi di Savoia*, Fasc. I, n. 6).

CMXXX. — **Donatio Caeciliae comitissae ab Amadeo IV facta.**

1253, 24 d. Maii. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae Caeciliae comitissae conjugi suae donat ad dies vitae ejus, castrum Montis Meliani, Rupellam et terram Tarantasiae, eo pacto ut secum servet Bonifacium eorum filium.

(E R. Tab. Taurinensi, *Matr. Principi di Savoia*, Fasc. II, n. 3).

CMXXXI. — **Codicillum Amadei IV.**

1253, 28 d. Maii.

Amedeus comes Sabaudia, mente sanus, licet aeger corporis, ad instantiam Caeciliae uxoris suae, dat Beatrici juniori, filiae suae Caeciliae prognatae, centum solidos forenses censuales, praesumens illam intraturam coenobium Bituminis. Actum die mercurii, IIII kal. Junii. an. MCCLIII, indict. XI.

(Transumptum hujus codicilli anno 1268 factum adservatur in R. Tab. Taurinensi, *Test. Principi di Savoia*, Fasc. I, n. 6. Wurstembergerius (*Petri II Hist. Prob.*, pag. 171) animadvertit: « Incidit dies III kal. Junii anni 1253 in diem Jovis; fallit ergo transumptum in determinatione diei, et legatur verisimillime; die Mercurii, quinto kal. Junii).

CMXXXII. — **De feudis Stephani du Villard.**

1253, mense Junio.

Amedeus comes Sabaudiae mandat nobilibus de Rogomont de Balme et de Combrion, ut homagium faciant Philippo fratri ipsius, electo Lugdunensi, de feudis quondam Stephani domini du Villard.

(*Zibaldone Pingoniano* in R. Tab. Taurinensi).

CMXXXIII. — **Ultimum codicillum Amadei IV.**

1253, 8 d. Junii. Apud Montem Melianum.

Amedeus comes Sabaudiae confirmat et iterat donationes Caeciliae uxori suae factas, castrorum Montis Meliani et Rupeculae.

(*Zibaldone Pingoniano*).

CMXXXIV. — **Obitus Amadei IV.**

1258, 11 d. Junii.

« Anno domini MCCLIII obiit Amedeus comes Sabaudiae III Idus Junii. »

(E Martyrologio Eccl. Cath. Augustensis).

CMXXXV. — **De sepoltura Amadei IV**

1258, 13 d. Julii.

« Anno MCCLIII III Idus Julii sepultus hic (*Altaecumbae*) fuit inclitae recordationis et famosissimus vir dominus Amedeus D. G. comes Sabaudiae ».

(Epitaphium apud GUICHENONIUM).

« Anno MCCLIII tertio Idus Aprilis (Leg. *Julii*) sepultus hic fuit Amedeus etc. ». (Mendose).

(Chron. Altaecumbae. *M. H. P.* Script. Tom. I. BONIFACIUS, Amadei IV filius et successor, primo in tutela Thomae Flandrensium comitis, deinde Philippi Lugdunensis Electi, patruorum suorum constitutus, die VII Junii MCCLXIII adolescens decessit, nulla re memorabili gesta, licet Sabaudiae Chronica de eo mirifica facinora confingant. Tum Petrus II, deinde an. MCCLXVIII PHILIPPUS I Lugdunensis Electus, qui sacros magistratus abdicavit, (sacerdotio enim initiatus non erat), rerum potiti sunt).

CMXXXVI. — **Privilegia Civitatis Augustae.**

1258, 24 d. Augusti. Augustae.

Thomas de Sabaudia comes iterat et confirmat chartam libertatum et privilegiorum a patre suo Thoma, quondam comite Maurianae et marchione in Italia, valli et civitati Augustae concessam, cum promissione specialiter expressa, quod numquam liceat onerare habitatores dictarum vallis et civitatis taliis seu impositionibus insolitis contra voluntatem illorum.

(E R. Tab. Taurinensi: *M. H. P. Leges municipales*, I, 88. Thomas de Sabaudia, Flandrensium comes, Bonifacii comitis tutor et patruus, utriusque fortunae insigne documentum praebuit; quippe qui, cum ad Montembrunum acie

contra Astenses dimicasset, re male gesta, a Taurinensibus in custodiam conjectus, deinde Astensibus traditus, ad libertatem recuperandam legibus hostium paruit. Sed haec post annum MCCLIII; quo anno collectanea nostra finem habent. Obiit VII die februarii anno MCCLIX, et Augustae Praetoriae tumulatus est. Tres liberos reliquit: Thomam, Amadeum, Ludovicum. A primogenito, qui patris et avi nomen renovavit, atque in procurationem regionis Subalpinae successit, Achaiae principes ortum duxere; a Ludovico, natu minimo, dynastae seu barones Vaudii. Porro autem ab Amadeo, natu minore, qui, a Philippo I in imperium accitus, magnus bello extitit, nec minor in pace, repetenda est origo Augustae Domus, quae nunc Italiam regit:

Vosque veraces cecinisse Parcae,
Quod semel dictum stabilis per aevum
Terminus servet, bona jam peractis
Jungite fata (1)).

---

(1) HORAT. (Bentleii, *Carmen Saeculare*

ADDENDA

CMXXXVII. — **Rogerius comes.**

Anno .... (ante annum 962).

« Duo magni Comites fuerunt, qui hisdem temporibus vestigia Sancti Benedicti arripiunt... Rogerius vocatus est unus, alter dictus est Obertus, illustres secundum sanguinem, sed illustriores secundum stegmata divina. »

(*Chronicon Novaliciense*, Lib. V, Cap. 24).

CMXXXVIII. — **Vallis Segusina.**

970–975 (?)

« In his ergo temporibus, cum vallis Segusina inermem et inhabitatam permaneret, Ardoinus vir potens eripit eam. »

(*Chronicon Novaliciense*, Lib. V, Cap. 19).

CMXXXIX. — **De duobus Saracenis.**

(Anno 975?)

« Tempore illo quo capti fuerant Sarraceni ex Frasceneto villa, duo eorum constricti tenebantur nodis in civitate Taurini ab Arduino, quorum seva rabies jam pene fedaverat orbem. Erat in eodem erectum castrum, ante cujus foras monasterium habebatur dedicatum in honorem Sanctorum Andreae Clementisque. Videntes igitur Sarraceni

domum Dei.... aedes sacrae vaporant flammis..... Consumatur ergo domus Dei, ceteri mox fugam petunt. Factum est autem dum fugerent, ilico a praesidente violenter capiuntur, crucisque post subiere martyrium. »

(*Chronicon Novaliciense*, V, 1).

CMXL. — **Oddo marchio. Pollentia.**

Exeunte saeculo x.

« Et factum est his temporibus, ut quidam marchio nomine Oddo, afflatus alto flamine, in propriis stipendiis loca nostra auxit. Ipsemet igitur Oddo circumvolans sacra vestigia apostolorum, reliquit sua in terris, ut glorificetur in coelis. »

(*Chronicon Novaliciense*, Lib. V, Cap. 25).

CMXLI. — **Coenobium Novaliciense et Arduinus marchio.**

Anno ....

Belegrimus humilis abbas cunctique fratres cenobitalem vitam ducentes in coenobio beatissimi Petri, prisco tempore structo per alpes Sigusiae civitatis, quae est confinis Italiae, in loco qui nuncupatur Novalicium, a quodam patricio nomine Abbone... Johanni P. M.

Coenobium a dyra gente Sarracenorum funditus dissipatum, sed rursum a quodam marchione Adhalbertus nomine, pater Berengarii regis qui dicebatur, feliciter restauratum fuit in oppido quod dicitur Bremidum... Sed moderno tempore quod ille aliique sancto concessere loco, actu insanus et immani amentia detentus, penitus abstraxit, nimirum marchio Arduinus rapax lupus, latens sub imagine candide ovis. Quapropter Belgrimus Pontificem requirit, ut dignetur sibi consulere, aut omnino dimittent locum istum. Dyrus marchio gestiens totum monasterium in suam redigere servitutem et in filiorum hereditatem, dicit se habere preceptum de eodem. Quod frivolum est et mendosum. Namque scimus, quod Lotharius regulus, filius Ugonis regis, deceptus blandiciis fraudibusve sevi ducis, nescientibus Italis principibus, clam firmavit illud preceptum. Post quod factum, divinitus ingenti plaga percussus, in ipsa ebdomada obiit mortem. Quod praeceptum Otto imperator, veniens ad Italiam, interventu Adhelaide uxoris suae, jam dicti Lotharii olim relictae viduae, coram cunctis principibus igne

cremari fecit. Sed confestim supranuncupatus marchio diris modis coepit affligere abbatem, abstrahens omnes res, et seviens, quod ausi fuimus proclamare ante sanctum Imperium de malis, quae coenobio inferebat.

Ad ultimum reddens aliquam particulam, sed perexignam, de praediis monasterii, compulit abbatem promittere promissionem indignissimam, quod deinceps non proclamaret se ante aliquam imperatoris presentiam de tali facto. Quod scelus credimus condolere Omnipotentem trinum et simplicem, Clavigerumque caelestem cum omnibus sanctis.

Pontifex igitur rogatur, ut imperatori notulas mittat, quae resignent illi qualiter res gestae fuerint, atque marchioni transmittat anathemationem, quod si amplius tenuerit praedia ipsius loci, condamnatus et anathematus permaneat in aeterno tartari igne.

(*Chronicon Novaliciense*, Appendix 8ª).

CMXLII. — Canonici Pinarolienses.

Anno.... (1024, ut fertur).

« Sunt qui me monuere Landulphum eundem (*Episcopum Taurinensem*), una cum Magnifredo marchione, nec non ipsius fratre Alarico Astensi episcopo interfuisse fundationi a piissimis istis fratribus factae canonicorum Pinarolensium atque Romanisii, qui postmodum Fossanum, Romanisio everso, concesserunt: verum cum illorum fundationes non viderim, ideo neque annum notare, nec quae illis Canonicis pro eorumdem honesta sustentatione concessa fuerint, dicere non possum. »

(Meyranesius, *Pedemontium Sacrum*, in M. H. P. *Scriptorum*, IV, col. 1298. Documentum nullus dum vidit).

CMXLIII. — Albertus de Sarmatorio.

1078, 22 Junii. Ind. i. In castro Sarmatorio.

Ego Adalaxia comitissa filia quondam Oldericus qui et Magnifredus itemque marchio, vivens ex natione mea lege salica, petitionibus dilecti nostri Alberti de Sarmatorio...... salica..... postulaverit ut eodem confirmemus quasdam curtes castra et locos per predecessores nostros suis predecessoribus... et donatos et alio jure adquisitos, pro hoc nostrum praeceptum prout juste et legaliter possumus annuentes de

novo concedimus, largimus, donamus et confirmamus praedicto Alberto..... castra locos villas quas jam possidet et sunt sui juris... Sarmatorium, Monfalconem, castrum Fontanarum, Moncaprilium, Turris Cervaria, Savillianum, Villamairana, Quadralium; Bagianno, Morsocium, Ripa alta, castrum de Volta Genicula, Marana, Farilianum... cum capellis et omnibus pertinentiis suis, quae omnia confirmamus corroboramus... possideat ipse et sui filii et heredes cum terris vineis, pratis, campis, silvis, planiciebus... pascuis vallibus molendinis piscationibus venationibus cum decursibus aquarum per totam vallem Sturina cum familiis, servis et ancillis cum jure et potestate in dicti... defendere sua jura... possessiones. Si quis vero contra hanc cartam confirmationis tentaverit et offensionem fecerit... dederit... possit armis expellere et erit in pena auri optimi uncias 200, et bergamena cum atramentario de terra elevavi paginam Henrici notarii Sacri palatii tradidi et scribere jussit et testibus obtulit roburandum.

S. manus supradictae Adelaxiae quae hanc cartam confirmationis fieri jussit. S. Aroul et Vido lege viventes salica testes. S. Petri Rodulphi et Jeronimi testes. Ego Hênricus notarius S. P. hanc cartam scripsi complevi et dedi.

(V. Adriani G. B. E schedis Josephi Vernazzae transcripsit Gaudentius Claretta. Charta deformiter et forsitan dolose corrupta, quae diplomatum imperialium vestigiis insistit, atque imperatoris regalia in rem Adelaidis vertit, in Sarmatoriorum gratiam efficta habenda est).

CMXLIV. — Ecclesia S. Donati et S. Mauritii in loco Pinarolio.

1078, d. 26 Octobris.

Cunibertus Taurinensis episcopus chartam donationis ab Adelaide comitissa monasterio S. Mariae pinariolensi vii kal. nov. factae eadem die confirmat, et absque omni munere pro reverentia beati Petri, sub cujus jure totum monasterium pinariolense consistit, Ecclesias S. Donati et S. Maurici ad partem monasterii donat, atque in perpetuum sine aliqua conditione concedit.

Testes: S. Rogderii et Vualfredi lege viventium salica S. Amezo Arnini Ayomonis Rubaldi Opizonis.

Giselbertus notarius S. Palatii scryptor hujus carte offersionis post traditam complevit et dedit.

(E Tab. Civ. Taurinensis. M. H. P. *Chart.* I, col. 660. V. donationem Adelaidis comitissae monasterio S. Mariae Pinarolii, Doc. CXCVII).

CMXLV. — **Placitum de Secusiensi Ecclesia S. Mariae.**

1095 (?)

Placitum de Secusiensi ecclesia S. Mariae inter canonicos de plebe Martyrum et clericos ejusdem civitatis. Coram Amato archiepiscopo Burdegalensi, atque Bituricensi archiepiscopo, seu domino Ugone Gratianopolitano archiepiscopo, et Landuino religiosissimo viro anachorita, Villelmo S. Michaelis abbate, et Umberto pinaroliensi abbate, sive Armano secusiensi abbate, atque domino Herentione vicecomite vel (?) domino marchione, et domina Agnete comitissa cum pluribus optimis viris.

Vilelmus presbiter et Absalon testes (*Clericorum civitatis secusiae*) penitus falsi probati sunt de crimine, quod per pecuniam (*Canonici de plebe martyrum*) adepti essent supradictam ecclesiam (*S. Mariae secusiensis*). Itaque decretum est, ne amplius unquam per testimonium recipiantur. Ecclesia vero (secusiensis), sicuti praefata comitissa testificata est, quemadmodum Adelaida comitissa..., in manu ac potestate Lantelmi praepositi de praedicta Plebe martyrum, et successorum ejus canonice viventium praepositorum, absque calumnia permaneat. Praeterea hoc laudaverunt et dominica die in ecclesia beatae Mariae hoc factum est. Aymo canonicus coram omni populo, tenens librum Evangeliorum in manu sua dixit: audite, fideles populi: illa die, nec antea, qua comitissa Adelaida tradidit hanc ecclesiam domino Lantelmo, ipse nec aliqua persona pro eo, pecuniam pro hac ecclesia non promiserat, nec dederat: Sic Deus me adjuvet et haec sacra Evangelia.

(*Ulciensis Eccl. Chartarium*, Doc. XIV, p. 98. Cf. Savio, *Gli antichi vescovi di Torino dal principio al 1300*. Torino, 1888. Doctus vir, de « *Domino marchione* » disserens, qui placito una cum Herentione vice comite interfuit, monet Marchisium esse Brunonis vice comitis filium, qui in Doc. sequenti hoc quoque nomine gaudet; sed animi dubius sum).

CMXLVI. — **Monasterium S. Petri. Marchisius (vel Marchio) Brunonis vice comitis filius.**

1112-1118.

Maginardus *Epis. Taurinensis* Jordano *Archiep. Mediolanensi.*

Cum monasterium S. Petri, cui Adalegida cometissa dederat decimam cujusdam villae (Cf. Doc. CLXIX, an. 1068) laboriosum incurrent negotium, ad quod explicandum Marchisius filius Brunonis

vicecomitis, qui eo tempore potentissimus in curia habebatur, praecipue idoneus videbatur. Ideoque Giselmarus capellanus monasterii promisit Marchisio quartam partem supradictae decimae, si monasterium adjuvaret. Marchisius, nulla ab abbatissa Ecclesiae accepta investitura, partem decimae accepit, et eam in beneficium cuidam equiti nomine Seniorino dedit, et tamen de negotio non adjuvit. Quad audiens cometissa, doluit et ipsam decimam Marchioni et Seniorino tulit et monasterio restituit. Post illa tempora monasterium, vivente et vidente Marchisio, sine litis contestatione possedit Berta abbatissa tunc regente monasterium. Qua defuncta, Romana per manum Vuitelmi, fratris Marchisii, abbatiam adepta quiete dum vixit possedit. Et monasterio hoc modo possidente, Marchisius et Seniorinus absque liberis mortui sunt. Tandem post mortem cometissae Bonifacius potestatem in terra adeptus est. Interim Otto frater Marchisii pactum cum Bonifacio faciens, praedictam decimam quasi paternum beneficium sibi subreptum restitui postulavit, qui (*Bonifacius*) fratribus Seniorini fraternum quasi paternum beneficium reddidit. Unde abbatissa Bonifacium adiit clamitans monasterium injuste expoliatum, cum jam per triginta annos sine contestatione possedisset. Bonifacius, audiens hoc, remisit abbatissam ad nos, mandans nobis, ut praefatum Oddonem ante nos ad judicium vocaremus.

(E Bib. Taur. Regis. Edidit Fidelis Savius in *Antichi vescovi di Torino etc.*, Torino 1888, pag. 144. Marchisius, Brunonis vice comitis filius, vocatus et marchio, forsitan est Enricus vel Alricus ille qui dicitur Marchio in fundatione S. Mariae pinarolensis an. 1064 et in placito Petri I an. 1064. Cf. Doc. CLX, CLI. Bruno vice comes, ejus pater, passim in actis Adelaidis comitissae memoratur. V. Doc. CXXII, CLXI etc.).

CMXLVII. — **Decima de Arvisio.**

Sine anno et loco 1111-1182.

Hugo Gratianopolitanae Ecclesiae episcopus notum facit quod Guilelmus de Favirgiis guerpivit sibi totam decimam quam ubique habebat vel alius per eum, et praecipue decimam quam habebat in parrochia Arvisii de Tovelia; et comes Humbertus (II), a quo ipse Guilelmus habebat praedictam decimam de Toelia, guerpiverat eam sibi ante.

Signum Odolrici decani. Signum Guilelmi magistri. Signum Oilelmi manachi. Signum Airaldi decani.

(Trepier, *Recherches historiques sur le Décanat de Saint-André.* Pièces justificatives, Doc. 39, pag. 78, Vol. VI des Mémoires de l'Academie de Savoie. Chambéry, 1888).

CMXLVIII. — **Donatio S^{tae} Mariae Pinaroliensi.**

1181 (?) In claustro S. Ambrosii.

Anno 1181 kal... monasterio S. Mariae prope Ecclesiam S. Verani, ubi nunc venerabilis pater Dalmasius Dei nutu abbas... (*Amadeus III*) filius quondam Humberti comitis qui professus est ex natione sua lege vivere salica, donat... approbat... omni curte cum castro toto et munitionibus in eo constructo... cum ecclesiis titulis capellis infra territorio... aedificatis et cum universis placitis... in omnibus villis et possessionibus, quae sunt... Pinayrolensis idest in villa S. Verani et S. Petri de Limina, in Portis... in Villis, in Pratomollo, in Villari, in Pinasca, etc. cum rebus omnibus, silvis majoribus et minoribus, molandinis, batenderiis, etc.

Item curtes... comitissa Adelaida atque... Pictavina quae Agnes vocabatur omnino reboro, diligenter confirmo in perpetuum... secundum velle meum ego praedictus comes Amedeus « *non pro dono Abbatis neque praedictae ecclesiae feud... quod vi dominica possidebant, illud pro tempore ad manus retineo in spe recuperationis praedicto monasterio rursum... ab ecclesia possidebant Romaniani marchiones atque Hanricus Luserna pari modo pro velle retineo neque investitura Abbatis vel praedictae ecclesiae mihi suffragante. Tali vero pacto atque tenore et non... praedicta feuda alicui donare, vendere, pignorari, neque alicujus titulo aut alienationis allienare... virtute divina instigante et... incorruptae Virginis Mariae praedicto monasterio... rstitu... revertatur.* »

Donum insuper et laudom quod comes Humbertus praedictae ecclesiae fecerat, hic comes Amedeus .. aprobavit.

Actum in praesentia scilicet comitis Amedei suorumque procerum consensu... quorum nomina substus leguntur, idest Humbertus de Bozozel et Aymo frater ejus, Villelmus de Camera judex, Wuiffredus Bogis, Gilo de Secuxia, Petrus de Reani, Aldo de Casellar, Ribaudus ferant, Boso judex, Mulo.., Oddo Gastad.... Girboldus Gastald..... Villielmus Villena, Vullielmus filius Ribaudi ferant, Bosello de Brianz...

(E schedis JOSEPHI VERNAZZAE transcripsit GAUDENTIUS CLARETTA. Charta mihi aliquantulum suspecta; procul dubio foede inquinata est. Exemplum annum 1181 refert, quo anno comes Sabaudiae erat Umbertus III; qua propter Joseph Vernazza ex ingenio annum 1181 reposuit. Chartam Amadeus III non subscribit; deest notarii nomen. Umbertus II legem romanam profitebatur ex natione sua; hic contra Amadeus III filius ejus legem salicam profitetur, pariter ex natione sua. Multa quoque in monumento desiderantur, quae ex industria praeter-

missa videntur. Denique unde Vernazza, vir doctissimus, vel amanuensis exemplar desumpserit, non constat. Mihi fit verisimile chartam ad usum monasterii S. Mariae Pinaroliensis, quod saepe cum Sabaudiae comitibus discordiam habuit, refectam fuisse).

CMXLIX. — **Margarita de Sabaudia.**

1201.

Poestat fan..... Don de Savoya.

. . . .

Sona la campana
Las trompas van, e la Poestat cria;
Demandemli jovent e cortesia,
Pretz e valor; e todas cridan: Sia.

(Rambaldi de Vaquieras carmina, apud Raynouard, *Choix*, III. p. 256 et seq.

(Rambaldus nobilem matronarum chorum describit in Italia Superiori armis decertantem cum « *Bels Cavaliers* », videlicet cum Beatrice, Bonifacii I Montisferratensis marchionis filia, quam poeta ardebat. Si poematium conditum credimus anno 1185, uti non nulli existimant, femineum agmem ductat Beatrix Viennensis, quarta Umberti III uxor. Contra vero, si censendum est anno 1201 scriptum fuisse, quod multis argumentis confirmatur, exercitus magistram cernimus Margaritam Gebennensem, Thomae comitis uxorem.

Arrepta occasione, obiter monebo emendanda esse stemmata, quae Beatricem Viennensem tertiam Umberti III uxorem declarant. Beatrix, quarta comitis coniux et vidua, usque ad annum 1230 vitam produxit).

CML. — **De Leyda Camberiaci.**

1233, d. 16 Julii. Ind. vi. Apud Quambariacum.

Amedeus IV comes Sabaudiae et in Italia marchio investivit Joannem Gay et Rodulfum Gay et Martinum Facum et heredes eorum de Leyuda Quambariaci, quam quondam tenebant, sub annua pensione XXV lib. fortium Secusiae.

Testes: Robertus abbas Altae Combae, Nanthelmus de Miolano, Umbertus de Saysello, Stephanus Vaccha, Villelmus filius ejus, Joannes de Aspero Monte, Villelmus Vetus, Petrus Vulpilius, Ainardus Secusiae, Villelmus Bonnivardus.

Actum apud Quamberiacum retro ecclesiam S. Johannis hospitalis.

Petrus S. Palatii notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Savoie, Paquet* 2; *Chambéry*, n. 2).

CMLI. – **Vallis Peynascae et mandamentum Villae Petrosae.**

1233, d. 2 Augusti. Ind vi. Intra Moyrenchum.

Amedeus IV comes Sabaudiae et in Italia marchio in restitutionem damni illati Oberto Auruncio maescalco domini Delfini a fratre suo Aimone pro maxima quantitate pecuniae ab eodem injuste extortae donat praefato Oberto omne jus quod habet in valle Paynascae et in mandamento Villae Petrosae a loco qui dicitur Malanaja usque ad fontem Aulanerii, et hoc in gentile feudum sub datione decem lib. Seuxinorum, nec pro dicto feudo nullum aliud servicium debebit comes exigere.

Et est sciendum quod praedictus Obertus fecit homagium praedicto comiti de dicto feudo pro certis hominibus, excepto tamen domino Delphino, cui tenetur in omnibus et per omnia obedire.

Testes: dominus S. Episcopus Grationopolitanus, prior S. Roberti, Nantelmus de Miolans, Lanthelmus de Ternone.

Actum fuit intra Moyerencum Aule. Johannes S. Palatii et domini Delphini notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Provincia di Pinerolo,* M. 11, n. 1, *Perosa*).

CMLII. — **Thomas de Sabaudia.**

1235, 19 d. Aprilis. Secusiae.

Amedeus IV comes Maurianne et in Italia marchio donat Thomae de Sabaudia fratri suo, nomine recti et nobilis feudi quidquid habet vel habere debet ab Avilliania inferius, et praecipit omnibus fidelibus suis quod ipsi domino Thomae faciant omnimodam fidelitatem.

Item eidem Thomae, tamquam benemerito, eo quod ipsum in omnibus factis et negotiis Comitatus sedulum, providum reperiit et fidelem, donat pedagium, quod Petrus Bartolomeus et Umbertus Bartolomeus percipiunt in burgo S. Ambrogio.

De ejusmodi feudo dominus Thomas facit fidelitatem et hominium (?) litgium domino Amedeo comiti.

Actum in palatio Secusiensi.

Testes affuerunt Jacobus Secusinus abbas, Grattapalia, Umbertus de Villeta, Petrus de Cletis, Petrus de Ponte castellanus de Caborro, Guigo de Amasino, Ayoninus.

Conradus imperialis aulae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, Cat. *Provincia di Susa,* M. 8°, n. 4, *Avigliana*).

CMLIII. — **Feudum de Bargiis, Fontanilio, Buscha, Scarnafisio, etc.**

1285. Ind. VIII. In Vigono.

Amedeus IV comes Maurianae et marchio Ytaliae investivit marchionem Maynfredum (III) de Saluciis jure et nomine gentilis feudi de toto loco Bargiis, castro et villa de Fontanilio, Ronchalia, Buscha, Scarnafisio, et insimul de eo loco, quem Nicolaus de Bernecio et Ubertus Rogerius fratres habebant vel habere debebant in Bernesio villa et castro.

Et marchio de Saluciis promisit quod si aliquo tempore invenire posset quod amplius teneret ab ipso comite in feudum, id totum ei consignaret quam citius adiscet, et istud totum ad praesens reconsignat jure et more gentilis feudi.

Ego Boninus notarius hanc cartam, quam quondam Johannes de Caluxio notarius abreviavit et complere nequiverat, prout in suis abreviaturis inveni, auctoritate domini Nicolai de Biglens Judicis Generalis tocius pedemoncii pro dominis de Sabaudia, complevi et sic scripsi.

In Vigono dominae Bertae Vannae (?).

(E R. Tab. Taurinensi. *Provincia di Pinerolo*, Mazzo 6, *Barge*, n. 1. Cf. Doc. CMLII).

CMLIV. — **De Leyda Burgi novi apud Chamberiacum**

1285, d. 28 Julii. Ind. VIII.

Amedeus IV comes Sabaudiae et in Ythalia marchio donat in herbergimenthum in perpetuum Chaberto Chabaudi, Laurentio Facon et Martino et Johanni et Willelmo Facon et Rodulpho Gay et heredibus eorum Leydam Burgi novi apud Chamberiacum. Hoc vero herbergavit pro sexaginta solidis fortiis nomine introitus et sexaginta solidis fortiis annuatim censualibus exolvendibus.

Actum apud Chamberiacum in domo B. Antonii, ubi fuerunt testes Umbertus de Saisello, Umbertus marescalli, Anselmus Grangi, Petrus Vulpius, Guillelmus Gandillonus.

Jacobus S. Imperii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Duché de Savoie, Paquet* 2; *Chambéry*, n. 8).

CMLV. — **Leyda Chamberiaci.**

1285, d. 28 Julii. Ind. VIII. Apud Chamberiacum.

Johannes Gays vendit Chaberto Chabaudi pro pretio LXVII lib. fort. Secusin. quartam partem Leidae Chamberiaci. Quam rem Amedeus IV comes Sabaudiae et in Ythalia marchio laudavit et concessit.

Actum apud Chamberiacum in domo B. Antonii.

Testes: Umbertus et Petrus de Saysello, Umbertus Marescalli, Anselmus Grangia, Rodolphus Bonnivardi.

Subsequitur III kal. Augusti. Domina Madonnatz, supra dicti Johannis uxor, eidem Chaberto ipsam venditionem laudat, et pro laudo ab ipso Chaberto XXXX solidos fort. censitatem recepisse confessa est.

Actum est hoc in domo ipsius Johannis.

Testes: Stephanus Vacchi, Anselmus Grangi, Villelmus Vacchi et Micoldus Bonnivardi, Petrus Gays, Petrus Barrali.

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Savoie, Paquet* 2; n. 4).

CMLVI. — **De Sangano.**

1285, d. 26 Octobris. Ind. VIII. In Avilliana.

Amedeus IV comes Sabaudiae, in Italia marchio et dominus Thomas frater ejus, investituram et venditionem faciunt Ambrosio abbati S. Solutoris de omni jure et rectitudine et de omni dominio et districtu, quam et quod Amedeus comes et frater ejus Thomas habebant in Sangano et in toto territorio ejus, et promittunt hanc venditionem varire et defendere ipsi domino Ambrosio et ejus successoribus, a quo et a parte ipsius Ecclesiae confessi sunt precium recepisse librarum quinquaginta quinque bonorum secusinorum novorum.

Actum in Avilliana in domo Peireti.

Testes: Petrus de Thoeto, Marontelius de Thonono, Viliermus de Villeta senescalcus, Otto Cornu, Petrus Parmesianus, Johannes de Bruino, Peiretus Cornu et plures alii.

Johannes S. Palatii notarius scripsit.

« Ego Jacobus S. Palatii notarius authenticum hujus novi exempli vidi et legi et inquisivi, et sicut in ipso inveni, ita in isto novo scripsi,

nil addens vel diminuens preter forsitam litteram vel silabam vel litterarum formam et me subscripsi.

« Et ego Jacobus de Dorato notarius etc. (sic).

« Et ego Dulcius S. Palatii notarius etc. (sic.). »

(E Tab. Regii Oeconomat. generalis Taurinensis. *Inventario delle Carte dell'Abbazia di Sangano.* Exemplum saeculi XVII).

CMLVII. — **Investitura Manfredo marchioni Saluciarum.**

1285. 11 d. Novembris. Ind. VIII. Vigoni.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italia marchio concedit nomine gentilis feudi ac paternalis et investitucionem facit Manfredo marchioni Saluciarum de toto eo feudo, quod ipse ab eo habet et tenet, et specialiter de Castro de Bargiis, cum burgo, villa et pertinenciis, de Fontanilio, Roncalia, Busca, Scaranafixio et simul de toto eo, quod Nicolaus de Bernexio, Guillelmus et Ogerius fratres habebant in Bernecio, castro, villa et pertinenciis.

Praedictus marchio jurat Amedeo comiti fidelitatem. Et sic insuper additum est inter comitem et marchionem, quod quosiens marchio fecerit fidelitatem domino comiti Sabaudiae, quod comes Sabaudiae praedictum teneatur facere sacramentum. Et ita plures chartae fiant et ad concilium sapientis refici possint et fieri.

Actum in Vigono in domo dominae Berta Janne (*sic*).

Testes: Vido de Plozasco, dñs..... de Plout, Nantelmus de Co... Aymo socius ejus, Petrus de Alineo, Berlio de Cambertis, Oto de Beninis et plures.

Johannes notarius dictus de Caluxio scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Marchesato di Saluzzo,* 4ª *Categ. Investiture, Omaggi,* mazzo 1°, n. 10. Cf. Doc. CMLIII).

CMLVIII. — **Aymericus de Briancone.**

1286, d. 18 Aprilis. Ind. IX. Apud Montem Melianum.

Aymericus de Briancone, in praesentia Amedei IV comitis de Sabaudia, recognoscit dicto comiti et confitetur quod domus sua de Bella Comba et quidquid apud Bellacumbam habet, est de feudo et dominio ipsius comitis, et ipsam domum debere ipsi reddere quotiescumque dictus comes vel noncii ipsius petierint.

Actum apud Montem Melianum in castro juxta Pusterlam.

Testes: Herluinus Archiep. Tarantasiae, Ubertus de Villeta, Petrus de Aqua Alba, Ubertus Marescallus de Monte Meliano.

Petrus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Tarantaise*, *Paquet* 1er; *Bellecombe*, n. 7).

CMLIX. — **Boso Vice comes de Augusta.**

1237, 8 d. Julii. Ind. x.

Boso Vice Comes de Augusta, ad instantiam Willermi prioris S. Martini de Ayma, scriptoris Amedei IV comitis Sabaudiae et marchionis in Ytalia, nomine praedicti comitis, confessus fuit et recognovit se debere et antecessores ejus debuisse, nomine mutagii, placiti vel playdiamenti (vel *playdiamorti*). Amedeo comiti et suis antecessoribus, in mutatione seu morte feudatarii sive tenimentarii, pro feudis que ipse tenebat ab eo, decem et septem milibus solidorum secusinorum novorum ad misericordiam domini comitis.

Actum in castro de Elia Maula (?)

Testes: Vubertus et Aymo filii dicti vicecomitis et Jhoannes archidiaconus augustensis, Ricardus de S. Andrea in Maurianna, Trabiz (?) quidem gacifer (?) de Ayma.

Petrus de Malleo... palacii notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Duché d'Aoste*, *Paquet* 1er, *Cité et Duché d'Aoste*, n. 8).

CMLX. — **Jacobus de Bosia. Feudum Les Echines.**

1237, d. 7 Julii. Ind. x. Secusiae.

Amedeus comes Sabaudiae et in Italya marchio donat Jacobo de Bocia pro gentili feudo locum de Les Echines, positum in parrochia S. Mauritii.

Actum in palacio Secusiae.

Testes: Vido de Ploezasco, Guido de Amaysinis, Petrus de Alingio, Volbertus de Augusta et plures.

Johannes de Caluxio notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Tarantaise*, *Paquet* 4, n. 1).

CMLXI. — **Forum in Locia.**

1288, d. 29 Maii. Ind. xi. Apud Cambariacum.

Amedeus comes Sabaudiae et marchio in Ythalia Aymo Belliforti concedit posse construendi forum omnium rerum venalium in Lociam in una villarum suarum. Item promittit quod per villas suas ipsum forum preconizzari faciet, et quod euntes et redeuntes ad ipsum forum cum eorum rebus permaneant sub ipsius comitis guidagio et conductu.

Actum apud Camberiacum in domo Templi.

Testes: Umbertus Merescalli, Amedeus de Gimillie, Petrus de Cornice, Petrus Silvestri Montismeliani.

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Savoie, Paquet* 7; *Beaufort*, n. 4).

CMLXII. — **De foro in Locia Aimoni Belliforti concesso.**

1288, d. 29 Maii. Ind. xi. Apud Chamberiacum.

Amedeus IV comes Sabaudiae et marchio in Italia pro foro quod Aimo Belliforti concessit, accipit viginti quinque libras fortium, et promittit illas restituere, si forum casu aliquo contingeret desolari, etc.

Actum est hoc apud Chamberiacum in Templo.

Testes ut in Doc.....

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi, *Province de Savoie, Paquet* 7; *Beaufort*, n. 4).

CMLXIII. — **Amadeus III et Archiep. Tarantasiensis.**

1139.

« *Nel* 1139 *Amedeo III rinunciò a Pietro Arcivescovo di Tarantasia le decime di Conflans, San Sigismondo e della Palud; e n'ebbe in dono una somma di danaro.* »

(Cibrario, *Storia della Monarchia di Savoia*, Vol. I, p. 186. Documentum irrepertum).

CMLXIV. — **Petrus Guigo del Villar.**

1240, d. 16 Januarii. Apud Aquam Bellam.

Petrus Guigo del Villar solvit, guerpit et dimittit Amedeo IV comiti Sabaudiae et marchioni in Italia omne feudum, herbergimentum, terram, possessum, quam habet infra Mauriannam, et in territorio del Villar.

Actum apud Aquam Bellam in domo Hugonis Botegii.

Testes: Villelmus Belliforti, Villelmus Borelius, Petrus de Alingio, Anthelmus de Tornon, Aymo de Carnera, Johannes de Ultramontem

Jacobus S. Palatii et comitis Sabaudiae notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Province de Maurianne, Paquet* 4; *Villar*, n. 1).

CMLXV. — **De Cumbaviana.**

1242, d. 7 Martii. Apud Avillaniam.

(Cf. Doc. DCLXX).

Oto Falconerius et Sanchoz (?) et Petrus de Combaviana, fratres, Jacobo abbati (Secusiensi), recipienti nomine et vice illustrium comitum Amedei comitis Sabaudiae et Thomae comitis Flandrensis, venditionem et investituram faciunt de medietate castri et villae Combavianae et totius territorii, cum omni jurisdictione districtu venationibus, piscationibus bannis majoribus et minoribus etc.

Et pro hac venditione confessi sunt se habuisse et recepisse triginta tria milia solidorum et (dimidium?) solidum bonae monetae secusinorum novorum. Quam venditionem promittunt defendere et mantenere ab omni persona sub pena dupli, et si in aliquo dictae res dictum precium excederent, renuntiant illi legi, qua cavetur si venditio excedat ultra medietatem justi precii etc. Dicti vero venditores resignaverunt tam medietatem dicti castri et villae, quam medietatem tocius jurisdictionis, et generaliter totum feudum eis pertinens, in manibus domini Rosterii Castellani Avillanie, recipienti vice et nomine dictorum comitum. Qui ibidem, ipsorum nomine et mandato, dominum Jacobum abbatem de Secusia de his omnibus investit, recipientem vice et nomine dicti Thomae comitis Flandrensis, ut dictus Thomas comes Flandrensis dictam medietatem castri cum omnibus supradictis, habeat, possideat, etc.

Sequenti vero die, in domo Johannis de bezano, Polletus filius

domini Otonis Falconerii, venditionem laudavit, confitendo se maiorem esse, et juravit etc.

Actum apud Avillaniam, in domo Johannis de bezano.

Testes: Poncius praepositus S. Antonini, Valinodus vice comes et Arditio frater ejus; Oliverius de Ripauta, Hugo de Montemajori, Antonius de Romagnano, Bernardus de Aprilis, Johannes de Sancto Petro, Villelmus de Bruino, Villelmus bonivardus, Martinus de Romano, Jacobus buzanus et plures alii.

Rubinus notarius S. Palatii scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. Cat.: *Pinerolo provincia, Cumiana*).

CMLXVI. — **Privilegia hominum de Caburro.**

1248.

Tommaso di Savoia conte di Fiandra, già nel **1243** *avea con suo privilegio regolato in favore della terra di Cavorre i casi così detti reali o comitali, vale a dire aveva dichiarati in quali occasioni avesse diritto di levar taglia ai Cavorresi. E i casi s'erano ristretti a sette. Quando il Signore pigliava la Croce, o maritava la figlia o trattavasi del suo riscatto; quando egli ed il figliuol suo faceano la festa della nuova cavalleria; quando passava l'imperatore; ed era questione di ben pubblico o del particolare interesse.*

(Cibrario, *Storia della Monarchia di Savoia*, Vol. II, p. 46. Documentum irrepertum).

CMLXVII. — **De absolvendis excommunicatis Taurinensibus.**

1245, 18 d. Mai. Lugduni.

Innocentius IV Electo Taurinensi, petitione Thomae de Sabaudia comitis, concedit, ut nonnullis hominibus terrae ipsius Thomae in Taurinensi diocesi, excommunicatis per incendia, absolutionem hac vice juxta formam Ecclesiae impendat, injuncto eis quod de jure fuerit injungendum, proviso tamen quod eis, quibus damna intulerunt, satisfaciant. Expensas vero, quas essent propter hoc veniendo ad sedem apostolicam, apud ipsam morando et deinde redeundo facturi, sibi Electus faciat assignari, et consignatas deponi in aliquo tuto loco, trasmittendas de mandato apostolico in subsidium terre sancte. Quantum vero receperit, et nomina eorum de quibus receperit, suis licteris studeat Pontificii intimare.

(E R. Tab. Taurinensi. (*Archivio Camerale*); *Registre, Contrats, etc.*).

CMLXVIII. — **De absolvendis excommunicatis Pinarolensibus.**

1245, 15 d. Maii. Lugduni.

Innocentius IV P. M., petitione Thomae de Sabaudiae comitis, Electo Taurinensi concedit, ut homines dicti nobilis viri de Pinarolio, ex eo quod cujusdam ecclesiae campanile guerrarum tempore diruerunt, ab excommunicationis vinculo absolvat juxta formam Ecclesiae, juncto et quod de jure fuerit injungendum. Proviso tamen quod hiidem communitati ecclesiae praedictae satisfacient competenter, et expensas quas essent propter hoc veniendo ad sedem apostolicam, apud ipsam morando et ex inde redeundo facturi, sibi Electus faciat assignari, et consignatas deponi in aliquo tuto loco trasmittendas de mandato apostolico in subsidium terre sancte. Quantum vero receperit, et nomina eorum de quibus receperit, suis licteris Pontifici studeat intimare.

Datum Lugduni Idus Maii pontificatus nostri anno tertio.

(E. R. Tab. Taurinensi. (*Archivio Camerale*), *Registro*, *Contratti*, *etc.*).

CMLXIX. — **Castrum Reani.**

1245, d. 9 Junii. Ind. III.

Amedeus IV comes Sabaudiae et in Italia marchio vendit domino Sanso, domino Petro de Commuiana et eorum nepotibus Poletto, Petro et Vullielmo fratribus, filiis Ottonis quondam Falconerii, castrum et locum Reani; in recto et gentili feudo, pro pretio quindicim millia solidorum bonorum secusiae novorum. Et dicti domini fecerunt fidelitatem Amedeo comiti et fratri suo domino Tomae etc.

« Factum fuit hoc in Avigliana in sala nova quondam domini « Riccardi. Fuerunt ad hoc vocati et rogati testes dominus Honbertus « castellanus Avilliane, Joannes de Bezano, Petrus filius Stefani de « Folonia, Amedeus de Orgnej.

« Jacobus Bugan notarius hanc cartam ut supra rogatus tradidi « et scripsi. »

(Extat exemplum in Tab. *dei Principi della Cisterna ora del duca di Aosta* (*Feudo di Reano*). Charta nonnullis argumentis mihi suspecta).

CMLXX. — **Deditio dominorum de Alpignano Amadeo IV.**

1248, 9 d. Maii. Ind. vi. In Alpignano.

Dominus Guido de Alpignano et Umbertus ejus filius et Rodulfus frater Vilielmi, Valfredi et Bonolus de Almixio, qui dicebat se esse in loco domini Bertoloti et filiorum suorum, et dominus Bonolus de Alpignano et dominus Perracius investiverunt Abatem de Momeliano Castellanum Ripollarum et notarium infrascriptum, recipientes nomine Amedei comitis, de omnibus eorum juribus tam de villa quam de castro Alpignani; et eum, cum uno baculo, eorum propriis manibus investiverunt, tali pacto quot ipsi dictum castrum a predicto comite debent tenere, et de eo facere fidelitatem, et de ipso pro eo facere guerram et pacem ad suam voluntatem. Et dominus Ubertus promisit hominibus Alpignani ipsos mantenere in eorum bonis consuetudinibus, in quibus consuerant estare citra.

Actum loco in Alpignano.

Testes: Petrus Parmexanus, dominus Otto Cornus de Avigliana, dom. Bertramus de Chanusco, Jacobus sibili, Rodulfus Brutinus, Jacobus balcanus et Jordanus Gallus.

Jacobus brutinus notarius scripsit.

(E R. Tab. Taurinensi. *Prov. di Torino–Alpignano*, Mazzo 6, n. 1.

CMLXXI. — **Amadeus IV fratri suo Thomae de Sabaudia donat castrum de Plozasco etc.**

1249, d. 14 Januarii. In Avilliana.

Amedeus IV comes Sabaudiae et marchio in Italia donat fratri suo Thomae de Sabaudia comiti, in augmentum feudi, castrum de Plosasco cum territorio, iurisdictione et districtu ipsius, et Marsallam et Sanctum Felicem, videlicet id quod domini de Plocasco habebant in dictis locis; ita tamen quod domini de Plocasco et sui heredes praedicta habeant et teneant in feudum a dicto Thoma comite, eique fidelitatem perpetuo facere teneantur, et fideliter serviant tamquam fideles et boni vassalli domino. Et hoc presentibus Bonifacio, Frederico, Rubeo, domini de Plozasco, pro se et aliis dominis de Plozasco gratanter acceperunt.

Qui Bonifacius, Fredericus et Rubeus pro se et aliis dominis de Plozasco dictum castrum cum territorio, etc. et id quod habent in

Marsallam et sanctum Felicem confessi sunt se condam habuisse et tenuisse in feudum a dicto Amedeo Comite Sabaudiae, et recognoscunt donacionem et investituram factam dicto Thomae, et se predicta habere in feudum a dicto Thoma comite, eique et suis heredibus fidelitatem debere et omne servitium quod Vassallus debet domino.

De quibus omnibus Thoma de Sabaudia Bonefacium, Fredericum, Rubeum pro se et aliis consortibus investivit etc. et praedicti domini, presente Amedeo Comite, dicto Thomae comiti fidelitatem fecerunt, et juraverunt quod nulli alii fecerunt homagium vel fidelitatem de dicto feudo, neque conspiracionem, conventiculam aliquam fecerant contra dictum Thomam, neque contra honorem Imperii; et si quam aliquo tempore fecerant, illa renunciabant, gripiebant, soluebant, etc. Renuntiant quoque exceptione doli, metus etc. et ei juri quo cavetur quod dominus feudi vassallo non potest alienare feudum in minorem vel majorem etc.

Actum in Avilliana in domo Ottonis Cornui.

Testes: domini Nicolaus judex domini Imperatoris, Johannes de Tunco judex, Billator de lucerna, Richardus de lucerna, Guillelmus (?) Gratapalia, Aymo de Compesio, Tamengus de Chunburgo, Aynardus de Secusia; Amedeus Clericus, Benedictus Barralius de Secusia, praeterea Gigonus Barralius, Aimeritus Provana, Antonius de Uigono.

Raimundus Albensis (?) sacri palacii notarius scripsit.

(E. R. Tab. Taurinensi (*Archivio Camerale*) *Tit. per Piossasco*, n. 8. *Inventario generale*, 788).

FINIS.

EXCURSUS

EXCURSUS I

Di Adelania regina di Borgogna e di Adelania moglie di Anselmo.

(Vedi Doc. XII, XXV, XXVI).

Corrado, detto il pacifico, re di Borgogna (934 993) sposò in prime nozze Adelania, figlia di uno dei grandi del Regno, e questa, divenuta regina, gli generò una figliuola per nome Gisla, moglie poi di Arrigo duca di Baviera, e madre di Arrigo II imperatore. Morta Adelania, Corrado nel 967 condusse in seconde nozze Matilde, sorella di Lotario re di Francia, da cui ebbe Rodolfo III succedutogli nel trono, e tre figliuole, per le quali sorse la guerra di successione, combattutasi vivente e morto l'ignavo Rodolfo III. Inoltre Corrado, prima di sposare Adelania, aveva avuto da un'altra donna, chiamata *Aldein*, ossia Adelania essa pure, un figlio naturale, poscia legittimato, che fu Burcardo II, arcivescovo di Lione.

La congiunzione di sangue fra i re rodolfini di Borgogna e la casa Umbertina è stata da parecchi eruditi supposta nella regina Ermengarda, moglie di Rodolfo III. Può essere vero, ed io non sono alieno dal credere che ella fosse congiunta di sangue con Umberto I, ma prove non ve n'hanno. Invece ho notato altrove che la regina Adelania era Umbertina, come chiaramente si raccoglie dalla cronaca di Ugo, dove Burcardo III, prima vescovo di Aosta, poi arcivescovo di Lione e abbate di S. Maurizio, di sangue umbertino, ma non figlio di Umberto I, è detto cugino germano (*nepos*) dell'arcivescovo Burcardo II, figlio di Corrado: *praedicti Burcardi* (II) *nepos Burchardus Augustanus episcopus, relicta propria sede, procaciter Lugdunesem arripuit* (Hugonis, *Cronica*, Lib II, apud Pertz, *Mon. Hist. Germ.*, Vol. VIII, pag. 483). La regina Adelania unisce le due case rodolfine e umbertine, e Gisla, sua figlia, madre di Arrigo II, rende il Biancamano affine del santo imperatore. Dal che gli avvenimenti che seguirono alla morte di Rodolfo III, ricevono lume e ragione.

Se non che l'omonimia di Adelania moglie, e di Adelania o *Aldein* amante del re Corrado diè nascimento a un equivoco spiacevole, che giova dissipare.

Il barone Gingins La Sarraz, dotto autore della notizia sopra *Les trois Burcard Archevêques de Lyon, etc.* (Losanna, 1865, Vol. XX delle *Mémoires et Documents de la Suisse Romande*) così scrisse: *Burcard II du nom était né de Conrad le Pacifique, roi de la Bourgogne jurane, et d'Adélanie,* sa première femme, avant qu'elle eut été publiquement epousée par le roi. *Mais*

Adélanie qui était d'une naissance élevée, ayant été déclarée reine, Burchard fut legitimé par son père; aussi le Roi Conrad l'appella son fils dans l'un de ses diplomes, et Rodolphe III, fils et successeur de ce monarque, le nomma son frère dans plusieurs chartes bien connues. Burchard II avait deux autres frères utérins, issus d'un premier mariage de sa mère Adélanie, l'un nommé Burchard comme lui, qui occupa avec distinction le siège métropolitain de Vienne (de l'an 995 *à l'an* 1029), *l'autre nommé Anselme, qui fut évêque d'Aoste* († 1026). *Burchard III se trouvait ainsi le neveu paternel de Burchard III, parenté qu'il rappella lui même dans la souscription d'une charte donnée par son oncle.* Secondo il Gingins adunque Adelania: 1° era stata moglie di un primo marito, di cui tace il nome, e da questo suo matrimonio nacquero Burcardo arcivescovo di Vienna e Anselmo II vescovo di Aosta dal 998 al 1025 (1); 2° rimasta vedova, e innanzi di essere moglie di Corrado, generò a Corrado stesso l'arcivescovo di Lione Burcardo II, legittimato dal re; 3° divenuta sposa di Corrado e regina, ebbe Gisla, che sposò Arrigo duca di Baviera e fu madre dell'imperatore Arrigo II.

Ora io noterò dapprima che il nome del padre di Burcardo, arcivescovo di Vienna, ci è cognito per una carta viennese del 19 agosto 1018; la quale carta c'informa pure che l'arcivescovo, oltre ad Anselmo di Aosta, ebbe un altro fratello di nome Udelrico. Il loro genitore fu un *Anselmo*, che da altro documento conosciamo essere stato un grande di Borgogna (2). Aggiungo poi che il barone Gingins, in una parte delle sue affermazioni intorno ad Adelania, andò per congettura e non colse nel segno. Infatti il placito di Rodolfo III del 1002, tenuto in Eisin nel comitato Equestre, edito da Cibrario e dal Promis (*Documenti, sigilli e monete dei principi di Savoia, etc.*, pag. 7), ci avea pure fatto conoscere il padre del vescovo Anselmo II, di nome Anselmo ei pure, e magnate di Borgogna. Nella soscrizione del placito si dichiara: *Anselmus pater Anselmi Episcopi;* e prima della sua leggesi la soscrizione di *Anselmus Episcopus Augustiniensis*. Dal che conseguita di necessità che questa Adelania (*Aldein*), madre di Udelrico, di Burcardo di Vienna e di Anselmo II, vivendo ancora Anselmo suo marito nel 1002, non può essere la sposa di Corrado il Pacifico, chi non voglia ricorrere all'ipotesi di un divorzio impossibile. Ciò posto, conviene riesaminare le fonti, da cui il Gingins trasse la sua narrazione intorno ai casi della regina.

---

(1) Nella carta di Prestaria (*Mon. Hist. Patriae*. Cart. II, col. 84) l'arcivescovo Burcardo II e Anselmo II sono detti fratelli: *Signum domni Archipresulis Burchardi et fratris sui Anselmi Episcopi*. Erano fratelli uterini.

(2) « Ego Burchardus sancte ecclesie Viennensis Archiepiscopus et Uldericus frater meus et « avvocatus meus, cogitavimus..... ut aliquid munus offerimus Deo et Sancto Petro pro remedio « animarum nostrarum vel pro genitore nostro Anselmo, sive pro genitrice nostra Aaldui..... « Quamobrem donamus predicte ecclesie quasdam vineas que sunt in pago Genevensi in villa « que dicitur marina; quantum ego Burchardus et Huldricus frater meus in ipsa villa ha- « bemus etc. ». Dal Cartulario di S. André-le-Bas di Vienna... *Appendix chartarum Viennensium* n. 47, pag. 256.

« Notum sit... venisse quemdam virum illustrem nomine Anselmus cum conjuge sua loco qui dicitur Agauno, ante presentiam fratrum ibidem Deo et Sancto Mauritio famulantium, petentes, ut sibi suisque heredibus quasdam res ejusdem loci sub nomine prestariae concederent... » *Mon. Hist. Patriae*, Chart. II, col. 61. Di data incerta.

